

## Werk

**Titel:** Exercitationem Academicam, De Lingvae Saxoniae Inferioris Neglectu atq[ue] Contem

**Autor:** Raupach, Bernhard

**Verlag:** Schwiegerau

**Ort:** Rostochi

**Jahr:** 1704

**Kollektion:** vd18.digital

**Gattung:** Dissertation:phil.

**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

**Werk Id:** PPN666493480

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN666493480>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=666493480>

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)




Ling.  
VII  
7780

8. Ling. Levy ~~1676~~  
VII, 17780

HG-FB

SUB Göttingen 7  
114 080 127





EXERCITATIONEM ACADEMICAM,  
DE  
LINGVÆ  
SAXONIÆ INFERIORIS  
NEGLECTU atq; CONTEMPTU  
INJUSTO,

Von  
Unbilliger Verachtung  
Der  
Hl. = Deutschen Sprache/  
Adspirante Supremo Numine,

ET  
Approbante Ampliff. Philos. Ordine,

SUB PRÆSIDIO

VIRI CLARISSIMI,

DN. M. FRANC. ALB. ÆPINI,  
S. S. Theol. Candid.

Fautoris atq; Præceptoris sui omni observantiâ colendi  
atq; suspiciendi,

Ad d. 4. Octobr. An. MDCCIV.

H. L. Q. C.

Benignæ Cõmmilitonum Censuræ  
subjiciet

AUTOR

BERNHARDUS RAUPACH,  
TUNDERA - CIMBER.

---

ROSTOCHI, Typis NICOLAI SCHWIEGEROVII, Ampl. Sen. Typogr.

6.

EXERCITATIONEM ACADEMICAM

DE

LINGVAE

SAXONIAE INFERIORIS

NEGLECTU et CONTEMPTU

INJUSTO.

Ab

Bernhardus Rappach

Dr

Abbas & Superior

EX

BIBLIOTHECA

REGIA ACAD.

GEORGIAE

AUG:

DR. M. FRANZ ALB. EPINI

S. S. Theol. Candid.

Factoris etque Praeceptoris sui omni obsequio et gratia colendi

etque salutandi

Abbas & Superior in M. B. C.

H. L. O. C.

Benignae Commissionum Censurae

Imprimatur

AUTOR

BERNHARDUS RAPPACH

TUNDERA - CIMBERG

Regensburg, Typis Nicolai Schwabersdorferi, Ampl. Sen. Typogr.

D. J.  
PRÆLOQVIUM.



Mortalium ea plerumque est indoles, ut, quamvis in actionibus & studiis suis privatis quot capita tot habeant sententias, in iis tamen, quæ integris sunt populis & nationibus communia, integri quoque populi, integræ nationes unum quasi caput, unam sententiam agnoscant, dum, quæ sibi propria, magnificiunt, quæ aliorum, alto supercilio despicientes; ut adeo & hic obtineat tritum illud: *Suum cuique pulchrum*, Cujus asserti veritatem, si quisquam in dubium vocare conaretur, omnium optime vindicaret & confirmaret ille quarumlibet nationum erga patriam suam linguam improbus amor, quo non illam solum amant & æstimator, sed & omni studio excolunt, omnibus aliis aliarum gentium lingvis præferunt, præ hisce suam extollunt, & nescio quid magni & insoliti sibi de hoc suo idiomate imaginantur. Nihil hac vice dicam de Judæis, illis olim Palestinæ incolis, tantis linguæ patriæ Ebraicæ æstimatoribus, ut, habentes eam primævam, eam DEO ad homines loquenti propriam, eam denique beatorum in altera vita futuram, neque ullius alius præter hanc suam patriam linguæ curam habuisse, neque aliis librorum in Ebræa lingua scriptorum versionem lubentes communicasse legantur; imò neque hodiè, licet in exilio quasi viventes, hujus sui idiomatis obliviscantur, sed semper invicem usurpent. Nec Græcorum attingam exemplum, quippe quos inter vel solus Homerus & Demosthenes satis superque testantur, quanto in pretio suam habuerint linguam patriam, & quousque eam in Eloquentia & Poësi excoluerint. Simili quoque ratione subtecebolaudabilia Romanorum merita, qui quanti linguam suam fecerint, luce meridianâ clarius elucet ex immortalibus Ciceronis, Salustii, Livii, Curtii, Virgiliti, Ovidii, Horatii & aliorum monumentis, utpote quorum ope lingua Latina tantum consecuta est fastigium, ut & hodiè haud immerito Eruditorum vernacula saluteretur. Sed paucissimis tantum licebit reliquas hodiernas Europæ linguas, ut singulis nationibus proprias, ita & à singulis excultas, delibare.



**GALLORUM** quis ignorat in exornanda lingua patria studium? Testantur id membra & scripta Collegii literarii, vulgo *Academie Francoise* dicti, eâ maxime de causa à Card. Richelio instituti, ut elegantia & nitor Gallicæ linguæ illustraretur (1); testantur Lexica, tum verbalia Richeleti, tum historica Morereri, tum Critica Bailii, ut erudita, ita acurata; testantur versiones & editiones optimorum Scriptorum Romanorum nitidissimæ. Imò nimius hicce linguæ patriæ amor Sorbierum (Virum cætera celeberr.) eò deduxit, ut instituto licet minus probando scriptum publicæ luci tradere non dubitaverit, cuius titulus: *Avantages de la langue Francoise sur la langue Latine*; Latinam linguam Gallicæ quoad perfectionem cedere, probaturus. (2) Nec minorem aucupari videntur laudem ITALI, utpote qui quàm magni suam linguam faciant, vel ex unico Vocabulario, *della Crusca* dicto, apparet, tantâ quippe curâ & diligentia elaborato, ut quadragesimo demum anno absolutum sit (3), nuperrimè adhuc annotationibus auctum; (4) nisi forte & in his desideres, quod hos sermonis patrii rivulos, licet turbide fluentes, puro Latinæ linguæ fonti præponant, sicque spuriam filiam præ matre ipsa amplectantur. Nec HISPANI, licet linguam suam remissius, quam reliquæ nationes, excolant, hac privandi penitus gloriâ sunt, cum præ cæteris omnibus Idioma sibi proprium ita ament, ut haud ita pridem defunctus Rex Carolus II. in aula aliâ, quàm patriâ, loqui linguâ sub initio statim regiminis prohibuerit. (5) Quid? quod quidam eorum asserere haud vereantur, Deum cum Mose in monte Sinai idiomate Hispanico collocutum fuisse (6) Quod ANGLOS & BATAVOS attinet, quanti non suam æstimant linguam? adeo, ut illi nitorem & elegantiam in summo gradu; hi vero præter hanc summam etiam antiquitatis laudem præ aliis vindicare lingvis suis annitantur; quod & lubentissimè illis concederetur, si modò, gratarum filiarum instar, *Matri sue Saxonica*, utpote à qua unicâ omnis hæc illis laus profuit, non obliviscerentur. Nec in ipso Septentrione, alias frigidissimo, amor patrii idiomatis perfrixit. Intueamur SUECORUM Gentem & miremur, illam linguæ suæ antiquitatibus scrutandis, ejusque nitenti

(1) vid. Morhofius in *Polyb.* lib. 1. p. 149. (2.) Morhoffs Unterricht von der Deutschen Sprach und Poesie. p. 164. (3) *Morb. Polyb.* lib. 1. p. 149. (4) vid. *Hist. Remarques* A. 1699. p. 256. (5) vid. *Caroli Memorabilia*

tori conservando & augendo peculiare Collegium Antiquitatum, quin & in Acad. Upsalensi peculiarem Professionem Lingvarum Septentrionalium destinasse (7); quod etiam institutum doctissimo & laborioso operi Cl. Rudbeckii, quod Atlantica inscribitur, suas dedit origines. Ita & DANIÆ incolæ incrementa linguæ suæ promoveri improbo labore allaborant, dum Lexicis & Danicis & Norvagicis edendis insudant (8), imò & harmoniam atque affinitatem linguæ Danicæ cum lingua Rom. affectant. (9). Ne hac vice quidquam de Letticâ, (10) Rusficâ, (11) Finnicâ, aliisq; commemorem. Quid vero, quos jure communis patriæ primo loco fuisset conveniens nominare, superioris GERMANIÆ populi? Cui ignoti esse poterunt ferrei illorum in excolenda lingua patria labores? Loquatur pro me Societas illa verè *Frugifera* hunc ipsum in finem à Ludovico, Principe Anhalino, instituta, qui, cum ipse Societatis caput esset, suis auspiciis, non paucos aliunde versos elegantissimos non minus ac utilissimos libros in vernaculo idiomate prodire fecit. (12) Loquantur immortalia doctissimorum Virorum scripta pro vindicanda & commendanda linguæ Germanicæ & dignitate & præstantia publicata; (13) loquantur denique Oratores, Poëtæ, Homiletæ, & qui non? magno numero jam dudum de hac sua lingua meritisimi & adhuc summa cum laude merentes. Ad eò nullam planè Nationem, nullam Gentem reperiri cernimus, quæ non vernaculam suam linguam, in qua nata & educata, amet, omnibus aliis lingvis multis parafangis præponat, ac in dies magis magisque ad perfectionis quandam *auxur* deducere desideret, exoptet, annitatur. Certè, vel maximas inter felicitatis patriæ nostræ partes reputandum foret, si Cimbria mea, si Westphalia, si Meclenburgum, si Pomerania, si totus denique Saxonix inferioris tractus ejusdem in ornanda lingua

A 3

sua

*Seculi XVII. T. II. lib. 8. c. 41 p. 141. (6) vid. Europ. Herald pag. 628. (7) vid. Morhofs Unterricht p. 62. (8) vid. Nova Lit. Maris Balt. A. 99. p. 15. (9) vid. l. c. A. 1699. p. 273. conf. Cl. Sperling de præstantia linguæ Danicæ inter Septentrionales A. 95. in 4. ed. (10) Vid. Nov. Liter. Mar. Balt. & Septentr. A. 1701. p. 41. (11) Vid. Remarques. Histor. A. 1702. p. 124. sq. & 223. sq. (12) vid. Caroli Memorab. Sec. XVII. T. I. p. 443 conf. J. C. Becmann. de Jure idiomatico cap. II. §. 5. p. 73. (13) Schottelii Deutsche Sprach Kunst; Morh. Unterjam cit. Bödickers Grundr. d. Deutsch. Sprache etc.*

sua vernacula laudis, ejusdem gloriæ se participes esse gloriari pos-  
 sent. Sed o dedecus! o triste harum terrarum fatum! adeò illarum  
 incolas officium patriæ suæ debitum negligere, adeò ab antiqua Ma-  
 jorum in patriæ laudibus & honoribus promovendis industria dege-  
 nerare, adeò novaturientis seculi vitio indulgere, ut non linguam so-  
 lum suam ab aliis cavillari & derideri patiantur, sed & ipsi eandem  
 condemnant, exagitant, avertentur; alienas contra, suâ licet quoad  
 dignitatem & præstantiam inferiores, cupidissimè arripiant, in defesse  
 excolant, semper & ubique in communi conversatione adhibeant &  
 amplectantur. Quem nõ sinistra hæc harum regionum fata ad com-  
 miserationem testandam commoverent? quis non justo in patriam  
 ardens amore tantaque rei indignitate motus, medelam huic morbo  
 querere allaboraret? Et quis mihi vitio verteret, si eo, quod hucusq;  
 à doctioribus Viris fieri sapissimè, sed frustra desideratum, pro inge-  
 nii viribus aliquid conarer, linguæ Saxoniz inferioris (vulgo der plat-  
 Deutschen Sprache) vindicias & præstantiam contra quosdam no-  
 stris ex terris oriundos sciolos probaturus? Requirit hoc à me offi-  
 cium patria mihi dulcissima, cujus à teneris aënis idiomate sum usus;  
 efflagitat in defesse quarumlibet aliarum nationum in exornanda lin-  
 gua patria studii innocens æmulatio; postulat denique injustum  
 nonnullorum erga hanc nostram, etiam inter nos ipsos, odium, ju-  
 stusque eandem defendendi & vindicandi zelus. Quamvis vero me  
 non lateat, quam immatura, quamque jejuna à me sperari possint,  
 præsertim in tali materia, quam nullibi ferè locorum nisi obiter ta-  
 ctam, non autem ex professo tractatam esse omnes mecum confite-  
 buntur; de benevolentia tamen Lectoris eam mihi polliceor grati-  
 am, quam ille, si idem, quod ego, conaretur, jure meritoque postu-  
 laret. *Sanè difficile est (utor verbis Illustri Wedelii) (14) messem institu-  
 inere, & in fasciculos colligare, nedum excutere intimius, ubi non nisi sparsim  
 se exerunt & offerunt ariste sterili in campo; non expromptum progredi, ubi  
 sarecta, fentes, vepres, via inculta obstat. Tollenda tamen remora, glacies  
 frangenda est. --- Plus ultra progrediendum etiam in hoc stadio, fortassis &  
 ex his quaedam lux affulserit rei literariæ, nec oleum & operam perdenda pu-  
 tabimus, modo accedat scrutinium curiosius, & ubi semel iterumque non pa-  
 ret aditus, si non uni, vel alteri, non nobis ipsis, forsitan pluribus feliciter res ce-  
 det. Quò plures calcaverint viam, eò planiorem reddi certum est, donec in  
 publicam & regiam appareatur. Cæptis vero meis, voveo, DEUS annuat!*

(14) in Exercit. Med. Philol. Dec. IX. Exerc. X. pag. 73. sq.

S. I. Varia



## S. I.

Arias linguæ vocabulum sustinere significationes, experientiâ & usu, quem penes arbitrium est & jus & norma loquendi, edocemur. Nihil dicam de ea acceptione, quâ certum herbarum genus per linguæ vocem designare solent Botanici; nihil de eo, quod Promontoriis, propter similitudinem, dum terra editior, longo arctoque dorso, instar linguæ, porrigitur in mare, illud attribuat nomen; nihil de eo, quod interdum pro parte libræ pondus rerum mensurante vocabulum hocce adhibeatur; nihil de aliis ejus, in quibus usurpari solet, acceptionibus apud Lexicographos videndis; quippe quæ significationes non adeo frequentis usus sunt, inter minus famosas sine dubio referendæ. Frequentius ac usitatissimè, ubi vox linguæ auribus nostris illabitur, intelligere solemus illud corporis humani instrumentum, cujus ope sermo formari animique sententia in medium proferri potest. Sed nec minus famose, ni fortè frequentius, linguæ vox eo usurpatur sensu, ut ipsum sermonem, ipsum loquendi genus per linguam intelligamus. Neque novitatem hæcce acceptio sapit, quin suo jam tempore, non in Arte Poëtica solum celebris, sed & nitidissimæ latinitatis Scriptor, Ovidius, cecinerit: (1)

*Nec levis, ingenuas pectus coluisse per artes,  
Cura sit; & linguas edidicisse duas.*

Nec non Horatius: (2)

*Docte sermones utriusque linguæ.*

Sic & nostrâ adhuc ætate nihil frequentius auditur, quam quod de populorum sermonibus deque eorundem differentiis loquentes, linguam dicamus Latinam, Græcam, Ebraicam, Gallicam, Italianam, & sic porro. Imò videmus, hoc nominis plerosque apud Scriptores majorem & frequentiore sibi usum vindicare, quam alia pro ejusdem Synonymis habita vocabula, ut dialectus sermo, idioma; quamvis & sermo alias etiam pro oratione ipsâ adhibeatur, idioma verò quibusdam non tantum sit ipsa certæ Gentis lingua, aliarum Gentium lingvis contradistincta; sed ipse verborum in certa  
lingua

8  
lingua delectus, series, contextus; cui respondeat nomen Syn-  
grammaticis. Nec dubitandum, per Metonymiam effectus pro cau-  
sa fieri, cum voces articulatas & ex instituto aliquid significantes  
linguam vocamus; siquidem linguam proferuntur tanquam organo;  
quamvis non negemus, usu loquendi evenisse, ut & metaphoricè  
per scripturam absentibus loqui dicamur. Neque Latinos solos  
hanc linguam significationem usurpare, sed inter alios etiam populos  
id obtinere deprehendimus. Galli quippe per vocem *la langue* &  
membrum corporis, illud sermonis proferendi instrumentum, &  
sermonem ipsum (etiamsi pro posteriori etiam vocem *langage* subin-  
de ponant indignant. Græcis *γλῶσσα* & linguam & sermonem audit,  
unde *εὐγλωσσο*, disertus, *πολύγλωσσο*, multarum linguarum  
peritus. Germani quoque vocem *Zunge* haud rarò pro sermone  
ipso, sive *Sprache* adhibere solent, quod videre licet ex Germani-  
ca S. Bibliorum B. Lutheri versione Marc. XVI. 17. Act. II. 4. II. X. 46.  
XIX. 6. I. Cor. XIV. passim & alibi. Id vero Saxones, sublatâ o-  
mni æquivocatione, nonnunquam melius exprimere videntur per:  
*Zungenmaßen*. Adeoque & nos heic loci per linguam vocem nihil  
aliud, quam ipsum sermonem, sive ore prolatum sive scriptum,  
intelligimus. Et hoc præterea advertendum erit, quod cum Mi-  
sanicum in tractatione nostrâ idioma dicimus, non reliquas superio-  
ris Germaniæ linguas ut Francorum, Thuringorum, Alsatorum,  
Silesiorum, cum ceteris exclusas velimus; sed istis quoque com-  
prehensis Misnicam nominari, quoniam eandem nostri reliquis  
communiter præferunt & omnium elegantissimam credunt sibi que  
existimant gratisimam. Sic que omni remotâ ambiguitate, injustè  
linguam Saxoniam inferioris, utpote Lüneburgicam, Pomerani-  
cam, Mecklenburgicam, Holsaticam, Westphalicam, & reliquas  
iisdem cognatas, negligi atque contemni, demonstraturi sumus.

(1) *Lib. II. Art. Amat. v. 121.* (2) *Lib. III. Od. 8.*

§ II.

Neminem credo vel apud nos commorantem, vel in aliis de-  
gentem Regionibus latere posse, quàm vilis à nostris ipsis nostra  
habeatur lingua vernacula. Loquitur id abundè experientia ipsa,  
ita quidem, ut vel cuilibet inter homines variæ conditionis versanti  
quàm

quàm notissimum sit, adeoque multâ enarratione minime indigeat.  
Miramur quidem pudendam illam istius Matthiæ Machmari negli-  
gentiam, quâ evenit, ut cum Holfaticis Legatis ex Pettsia redux, pa-  
trii idiomatis ita turpiter oblitus fuerit, qui germanicè nec suffici-  
enter mentem suam conterraneis suis explicare posset, nec planè ac-  
plenè Orationem Dominicam recitare; (1) quale quid & de quodam  
Jano Jansonio Weltevee, Batavo legimus: (2) Sed, si dicendum  
quod res est, ipsi nos, si non ejusdem, parisi tamen negligentia, parisi  
ignavia rei, indeque eadem, qua illi, correctione & exprobratione di-  
gni videmur. Licet enim illa à teneris, inde annis consuetudo & usus  
patriæ linguæ haud permittat, ut cum memoratis istis plane ejus no-  
titiâ exuamus illamquè penitus oblivioni tradamus; ipsa tamen  
experientia testis nos oblivionis, saltem non totalis, satis superque  
convincit. Undenam, quæso est, quod multi libros Misnicâ dialecto  
conscriptos sat accuratè legere edocti, non tamen Saxoniam lin-  
guam nostram utut ipsi vernaculam, prompte prælegere valent?  
Vos ipsos, qui linguæ hujus notitiâ gaudetis, compello: judicetis, ob-  
secro, quanto contemptui ea hisce temporibus sit exposita. Nullus ejus  
in solemnioribus & sacris conventibus, nullus in civili Doctorum Vi-  
rorum congressu, nullus in privata honoratorum conversatione  
usus hodie est: nisi ubi fortassis ad jocos movendum ipsius quæ-  
dam durius, ut putantur, sonantia vocabula allegari audias. Scripta  
Majorum, hac concepta lingua, aut muribus corradenda relinquun-  
tur, aut, ubi ab hoc periculo liberata, quæstui inhiantibus mercato-  
ribus, ut thuris piperisque sint cuculli, & Myropolis, ut unguentis  
sordidis involvendis inserviant, traduntur; aut etiam, si fortè affer-  
vantur, ad tempus solummodò fallendum risumque excitandum le-  
guntur. Fallor? an verò etiam aliqui eadem morborum remedia  
sibi ex Scriptorum Saxoniorum lectione polliceri queunt, quæ Era-  
smo, lectis primum Obscurorum Virorum Epistolis, obvenisse fe-  
runtur? Cum enim ex tumore, qui in facie natus erat, laboraret, ve-  
hementi risu, à lectione istarum excitato, commotus ita est, ut tu-  
mor illicò rumperetur, atque sine omni Medicorum ope ille recon-  
valesceret. (3) Adeò scilicet, de die in diem antiqua linguæ nostræ decre-  
scit gloria, adeò in abusum vergit ejus præstantia, adeò magis magis-

q; obscuratur ejus splendor, ut non eam loquentes solum idiotæ, inciviles, insulsi, agrestes, abjecti penè homines & vel ipsâ rusticitate rusticiores habeantur; sed verendum planè sit, ne tandem ejusdem cum Hottentotica aliisque hujus surfuris lingvis valoris & dignitatis esse judicetur. Referunt, in indoctâ illâ Scholasticorum ætate atque barbarie Papicolis Græca novisse valdè suspectum, Ebraica autem intellexisse hæreticum profus habitum fuisse. (4) jam nostram quod attinet linguam, eò demum redacta videtur, ut si quis forte in Scriptoris cujuspiam Saxonici lectione deprehensus fuerit, quamvis non inter Hæreticos, certè tamen aut inter pueros aut stultos referendus veniat. At est contrario ubique inter nos locorum præcellere videas Idioma Misnicum. Hoc amant summi, hoc affectant imi; hoc addiscit famulus; hoc delectatur ancilla. Vir quidam in dignitate constitutus est alloquendus? hac lingua fiat, oportet; Oratio in panegyri aut sacra aut profana habenda est? dialectus Misnica prævalet; Carmen nuptiale aut funebre scribendum: nihil nisi hac lingua conceptum approbamus, nisi forte Convivarum nuptialium vultus per carmen aliquod Saxonicum ad risum componere placuerit. Adeò nostri patriæ suæ linguæ sunt pertæsi, ut illa, velut in patria extorris & exul, in pauperum tabernis apud plebem & rusticos refugium querere semetque omni occultare studio necesse habeat. Quid? quod & ipsos aratri moderatores nostros hujus jam linguæ pudere cæperit. Etenim cum honoratioribus personis moribusq; magis politis sicubi colloquendi occasio ipsis datur, auditu sanè jucundum, quàm solliciti sint, ut unum alterumve vel semi saltem (ita loqui si fas est) Misnicæ linguæ verbulum proferant. Idque tum præsertim, cum calefacta Baccho mens est, in iis cernas licet. Nam & his applicari illud Horatii (5) potest:

*Fœcundi calices quem non fecere disertum?*

Quamvis vero cuiquam mirum videri posset, qui homines linguam suam maternam tanto habere despectui cœperint; nihil tamen inusitati illud apud nos esse ex eo facile colliget, quod omnium planè Germaniæ incolarum animos ista persuasio, iste occupaverit error, non se amplius scitè & politè loqui posse, nisi sermo Germanicus variis Latinis, Gallicis, aliquando & Italicis vocibus sit commixtus & quasi temperatus. Unde non immeritò verendum est, ne, vernacu-

læ suæ olim penitus obliti, novam quandam ex variis aliis contextam & confusam lingvis lingvam demum efforment, ut in ipsa Germania Germanorum sermonem frustra quæsiturus sis, adhibitâ quamvis, mediam sole tenente diem, Diogenis lucernâ. Sed de hac mixtura alii conquesti satis sunt, conqueruntur hodie, conquerentur etiam posthac, oleum, ut suspicor, omne operamque perdentes. Nobis sat rei erit de vernacula nostra agere. Hujus jam suo tempore injustum deploravit neglectum & contemptum Historicorum ille tunc quidem temporis summus, Albertus Cranzius. (6) Postquam enim Saxonum lingvam pro merito laudasset, verbis suo loco infra adducendis, ita pergit: *Et jam si Diis placet, etiam nostri studentes ridores superiorum imitari Germanorum, quomodo est illi, ut ferunt, jam lingua sua peritæ, Italicam frequentant & Flammingi Gallicam: ita passim Germanorum lingua in angustum deducitur.* Et qui Cranzio eruditionis gloriâ si non superior, saltem non inferior est, Nathan Chytræus noster, non minorem contestari videtur indignationem, alia inter hac de materia ita se explicans: (7) *Nos, dum externa inquirimus, domestica interim fere negligimus. Quod profecto genti nostræ parum videtur honorificum & decorum esse, quæ magnam ætatis partem in lingvis peregrinis addiscendis & excolendis fere consumit: & interim eam, quæ ipsi materna & vernacula est, maximam sui partem aut ignorat, aut saltem eam horridam, incultam & imperfectam relinquere non erubescit.* Idem in specie de sua conqueritur Pomerania Micrælius (8): *Wir andern Sachsen-Leute haben nun auch an unsere Mutter-Sprache einen solchen Eckel gehabt, daß unsere Kinder nicht ein Vater Unser / wo nicht in Hochteutscher Sprache / beten und wir keine Pommerische Predigt fast mehr in ganz Pommeren hören mögen. Unser Männliches Articifirendes Tau (T) muß allenthalben der Sigmatifirenden (S) Sprache weichen.* Cui succenturiatur Cimbræ nostræ Polyhistor Clar. Jo. Möllerus, (9) *Nos, inquit, miseram linguæ Cimbrorum & Saxonum Heroæ sortem deploramus, quæ cum omnium Germaniæ Dialectorum vetustissima sit, gravissima & incorruptissima, imò palmam etiam elegantia cæteris reddat dubiam, idiomati tamen Misnico, sibilis suis, & Blanditiarum parum virilium Lenociniis, in animos se Nostratum insinuanti posthabetur, Templisque ac curiis, imò ipsis penè domibus exulat.*

(1) *vid. Caroli Memorab. sec. XVII, Tom. I, p. 939. sq. lies Olearii Neißbes.*



C.V. p. 729. (2) *vid. Heint. Hamel in. Descript. Coreæ, edit. Christoph. Arnoldi p. 833.* (3) *Ref. ex Josia Simlero. Jo. H. Majus in vita Reucholini p. 427. conf. Paulini Philosoph. Feyerabend p. 549 sq.* (4) *Claud. Espenc. Comment. in 2. Tim. III. Conf. Rechenberg. Dissert. de Inept. Cleric. Rom. Liter. §. 14.* (5) *lib. I. Ep. XV. v. 19* (6) *lib. I. Saxon. c. 1.* (7) *in Epistola, qua A. 1582. Ducibus Holsato-Gott. juvenibus Nomenclatorem suum inscripsit Latino-Saxonicum, dedicatoria.* (8) *in pref. libri III. Chron. Pomer.* (9) *Isagog. ad historiam Chersonesi Cimbricæ cap 3 §. XI pag. 26 sqq.*

§. III.

In confesso est, lingvas ferè omnes idmansisse fatum, ut non uni duntaxat mutationi fuerint obnoxia, aliis in varias Dialectos abeuntibus & quasi divisis, aliis nunc magis excultis atque ornatiss., nunc iterum neglectis & ad ruditatem usque depressis. Adeò veritati hac in re congruit scitum illud Horatii, scribentis (1)

•----- *Mortalia facta peribunt;*

*Nedum sermonum stet honos & gratia vivax.*

*Multa renascuntur, quæ jam cecidere, cadentque;*

*Quæ nunc sunt in honore, vocabula, si volet usus,*

*Quem penes arbitrium est, & jus, & norma loquendi.*

Intueamur Græcam, illam quondam eruditorum vernaculam; quas non illam pati oportuit mutationes? Vix enim ad meliorem literaturam adaptata excultaque erat, cum videre licuit modò Atticam, modò Æolicam, modò Doricam, modò Jonicam, Dialectos. Et quis non harum Dialectorum fata admiretur? Ceteris posthabitis, sola ferè quondam Attica prævalebat. In ipsis Athenis erant omnium Scientiarum Scholæ, variæ & omnigenæ eruditionis Doctores: hi quicquid scribebant, scribebant atticè. Imò apud ipsos Romanos nemo eruditi nomen sibi jure vindicare posse videbatur, nisi qui Atticæ lingvæ addiscendæ ergo ipsas Athenas Studiorumq; causâ salutaverat. Sed ostendat mihi quis hodiè Atticam Dialectum, sive in Græcia, sive in Oriente, sive in reliquis Europæ partibus. Nam & illud inter hujus lingvæ liceat referre fata, quod vix tribus aut quatuor à nato Christo seculis, eruditione in ipsa Græcia decrescente, ad Orientis Imperatores, tum Constantinopoli degentes, ejusque Aulam, velut commune quoddam refugium, se con-

tule-

tulerit, illisque deinde post anorum millenarium à Mahomede II. Turcarum Imp. Constantinopoli eiectionis, in Italiam primum, & de hinc in Galliam, Germaniam aliasque Europæ regiones confugerit. Quæ verò quàm langvide quàm remisse hodie inter nos excolatur, eruditorum jam dudum agitata querelæ satis superque loquuntur. De latina quid dicam? Quænam illa non obire debuit fata? (2) Quibus non mutationibus fuit obnoxia? Sicuti enim illi aureæ latinitatis Authores & auctores: Livius, Cicero, Salustius, Virgilius, Ovidius, Horatius, alii, ante & post Augusti tempora viventes, lingvæ suæ præstantiâ aureum quasi seculum in orbem videbantur reduxisse; ita cum illis, ubi mortui sunt, pristinum quoque lingvæ nitorem & elegantiam sepultam esse vix dubitarem. Quintilianus suam jam ætate fassus est, tantum esse differentiam inter lingvæ sui & præteritorum temporum, ut antiqua *Saliorum carmina vix jam Sacerdotibus suis satis intellecta agnoscat* (3); imò alicui ingenuè fateatur: *Si antiquum sermonem nostro comparemus, penè jam quicquid loquimur, figura est* (4). At quantò majores in sequentibus sensit variationes? præsertim, ubi seculo V<sup>to</sup> Italia variarum Gentium exterarum colluvie quasi inundata, cumque ipsis lingvæ commercium habere coacta fuit. Placet hic Celeberr. G. J. Vossii audire judicium, qui, *Posteaquam, inquit, Roma, prius sub Odoacro, mox sub Gothicis fuit; ac à variis gentibus, quas Romani Barbaras vocarunt, miserè discerptum est imperium, sermonem Romanum, non jam quasi decrepitum, sed dixero moribundum, vel potius emortuum, magisque cadaveri, quàm vivo similem corpori* (5) Neque Caroli M. tempora ab hæc latinæ lingvæ barbarie mansere immunia, licet Imperator hicce laudatissimus omni nisu in omni melioris literaturæ restitutionem incubuerit (6). Quod si porrò in barbara illa Scholasticorum secula introspicimus, omnem latinæ lingvæ puritatem neglectam, omnem ornatum spretum, omnem denique elegantiam in exilium quasi actam dixerimus. Postquam enim ne quidem regularum Grammatices amplius observantes esse studebant, insuper, è Germanicis Latina effingere vocabula & profus nova, prout ipsis placebat, subinde formare, nullæ sibi religioni ducebant. Audiamus Illustris quondam ac eruditissimi Baconis de Verulamio judicium (7): *Scholastici stylo & scribendi genere utebantur valdè diverso, verba licenter admodum cudentes nova & horrida, de or*

rationis ornatu & elegantia parum solliciti, dummodo circuitionem evitarent, & sensus ac conceptus suos acutè exprimerent. Et quis omnes recenseret querelas, quas de eo iterum iterumq; ingeminarunt Viri omnis accuratæ eruditionis apparatu instructissimi. Quantis vero ignorantiz & ruditatis tenebris immerfa ad istud usque tempus videri poterat Latina lingua, tantò majorem illam claritatem, exortâ Evangelicæ Reformationis luce, induisse, testatur stupendus ille planeque heroicus Virorum gravissimorum nisus ex hacce barbarie eluctandi, elegantioremq; literaturam pristino nitore restituendi. Nec enim sat dici nec laudari potest, quàm feliciter ipsis, DEO benedicente, hoc quidquid est studii cesserit, adeò ut, barbarie expugnata, non pauci vel cum ipso Eloquentiæ Romanæ Parente in scriptis suis comparandi reperti fuerint. Quis namque non in Erasmo, Melancthonis, Manutiis, Muretis, Camerariis, Paleariis, Sturmii, Caseliis, Lotichiis aliisque; (ut hodierno adhuc die in vivis existentes silentio prætereamus) summam linguæ Latinæ elegantiam & puritatem dictionis summam agnoscat & admirabitur? Sed quamnam hodiè ejus putabimus esse conditionem? Optimam ne dicam, an pessimam? meum non est judicare; Tu Lector! ipse judices, quæso. Certum ad minimum est, non paucas hodiè apud eruditissimos etiam in usu esse phrasas, nil nisi Germanismum redolentes, adeoque puritati Latinæ uti ignotas, ita in eandem peccantes. Forsan non abs re metuendum erit, eò tandem iterum perventurum esse, ut novus quidam ad eruditorum hujusmodi stribliginem depingendam exurgat Huttenus, Obscurorum Virorum epistolas editurus.

- (1) *Lib. de arte Poet. v. 70. sqq.* (2) *vid. omninò de hac materia Cl. Cellarii Diss. de Fatis Lingvæ Latinæ A 1701. Hale hab.* (3) *in Instit. Orator. lib. I. c. 10.* (4) *l. c. lib. IX. c. 3.* (5) *in præf. ad Lectorem Libr. de Glossæ matis vutiusq; latini sermonis, ubi plura alia incrementi & decrementi Latinitatis indicia afferuntur.* (6) *vid. Kirchmayeri Diss. de lingua Lat. ante & post tempora Caroli M. admodum corrupta.* (7) *lib. 1. de Augment. Scient. Opp. ed. in fol. p. 15.*

§. IV.

Neque quod reliquas attinet hodiènum florentes linguas, vel unicam se abs tali excludere mutatione posse crediderim. Gallicam

15

si consideramus, certè, qui vel primis, ut ajunt, labris summa duntaxat ejus linguæ rudimenta degustavit, apertissima sanè mutationis & correctionis hujus deprehendet vestigia. Quod si quis enim libros ante seculum aut sesqui seculum evulgatos cum recens editis conferat, tum sanè, sive scriptionem respexerit, sive attenderit pronuntiationi, utrinque animadvertet metamorphosin plusquam Ovidianam. Et hoc ipsum ipsi etiam Galli, licet alii improbent, alii approbent, omnes tamen fateri coguntur. Placet hanc in rem verba Autoris Anonymi, cujus est liber elegantissimus sub tit. *l'Art de parler*, transcribere, qui alia inter huc spectantia, *Il se fait, inquit, dans les langues, aussi bien que dans toutes les autres choses, des changemens insensibles, qui font qu'après quelque temps elles paroissent être tout autres, qu'elles n'étoient dans leur commencement. Nous ne doutons pas, que le François que nous parlons maintenant ne vienne de celui, qui étoit en usage il y a cinq cens ans: cependant à peine pouvons nous entendre le François qui se parloit il y a deux cens ans.* (1) Quid Italica? quàm non mutata & illa est? primum ex purè latina in corruptam, mox ex corrupta in eam, quæ hodie habetur, Italicam ipsam, tandem ex Italica minus exculta in elegantiore[m] ornatior[em]que. Videri de ejusdem originibus mutationeque non unâ Cel. Dn Cellarius (2) omninò meretur. Rem autem omnem breviter Autoris Gallici, (3) quàm propriis illustrare malumus verbis, qui, *Il y a, scribit, grande apparence, que la Langue Italienne étant redevable de son origine à la Langue Latine, s'est formée à mesure que la Latine, s'est corrompue; & que la corruption s'étant augmentée à l'excès lorsque les Lombards se sont répandus dans l'Italie, la Langue Italienne à commandé à faire corps, & à se distinguer de la Langue Latine.* — Les esprits polis travaillant de jour en jour à lui donner une belle forme, des regles, pour le bien parler & le bien écrire. De cæteris ut quidquam dicamus lingvis, nec refert, nec instituti nostri brevitatis permittit; alioquin & de iis facili negotio testimonia possent adduci. Ad Germanicâ potius ut nos convertamus, rei videtur necessitas postulare.

(1) *l. c. XI, p. m. 70.* (2) *Disp. de Orig. Lingu Ital. ex Barbaror. incurfionibus nata.* (3) *Est is Mr. de Vigneul-Marville in Melanges d'Histoire & de littérature Vol. seconde p. 354. sq.*

S. V.

De hacce quin idem, quod modò laudatus Autor Anonymus de sua

sua Gallica, nos pronunciare oporteat, quis dubitabit? Quod si fieri contingeret, ut Prædecessorum aliquot ex fatis resurgentes Germaniæ suæ iterum reviserent terras, tantum aberit, ut nos intelligerent, ut potius, ex antro velut septem dormientum prodeuntes, novas occupasse Germaniam Gentes ignotioris lingvæ sibi pervasuri essent. Vetustiora enim quæpiam, quando in lucem protrahuntur, monumenta Germanica, quantum interdum illis intelligendis infumere cogimur laboris? adeo, ut ipsi quandoque Germani lingvæ propriæ aliunde Interpretes arcessere necesse habeant, qui hæc illis ex antiquo in recentiore transferant sermonem; multo minus ergo illi nos intelligerent. Consideraturis nobis lingvæ Misnicæ, ejusque quæ superioris Germaniæ inhabitatores utuntur, vulgò *der Hochteutschen Sprachen* / fata, quantum illa quæ non mutata à pristina apparet? Fatendum omnino nobis est, hodiè meliorem longè longèque augustiorem elegantioreque nunc ejus esse faciem. Neque dubito hac in re lingvam Germanicam puellæ cuidam comparare, humili quidem loco natæ, cui tamen elegantiam formæ incomparabilem, ductusque lineamentorum, quosunque formarum spectatores & judices in admirationem rapientes, natura non denegavit; quæ autem pulchritudo ob habitum viliores laboresque squalorem contrahentes, quo minus elucescat, prohibetur; postmodum vero, ubi magis compta erit & ornata vestibusque induta splendidioribus puella, omnes Veneres omnesque Gratias amabilitate superando omnium oculos ferit. Nullam enim olim existisse Gentem crediderim, cui lingva Germanica non crassa, rustica, abjecta visa fuerit, adeo ut & ipsi Germani se ipsos Barbaros lingvamque suam Barbaram vocitare non dubitarint, ceu testimoniis non contemnendis Morhofius(1) testatur. Cum è contrario nunc ipsi quoque exteri, modo sufficientem ejusdem habeant peritiam, eam & laudent & excolant & in pretio habeant. Planè enim pervasissimus sum, etiam ad summum, quod in aliqua lingva sperari potest, elegantiam culmen adscendisse. Et qui aliter fieri illud potuit? cum & Personarum Principum dignitate illustres & Viri stupendæ eruditionis laude jam dudum celebratissimi in polienda ea & exornanda diligentiam insuperabilem summasque ingenii vires adhibuerint, quorum laudes non nisi cum ipsis literis finientur, Immortalia quippe maxime.

ximeque digna, quibus assurgamus, nomina sunt, Opitii, Schottelii, Harsdörfferi, Francisci, Morhofii, Waldovii, Ristii, Praschii, Bödikeri, Weisii, Bosii seu, ut vocari mavult, Talanders aliorum, quæ, quorum haud pauci gloriam quoque istius linguæ ab extraneorum Contemptorum injuriis atq; calumniis masculè vindicarunt; ne, quæ in Præf. de Societate Frugifera sunt memorata, hæc loci iterum recoquamus. Qui labor laude suâ defraudandus minimè est. Ast veluti nihil omni ex parte perfectum agnoscimus, ita quis non & in hac superioris Germaniæ Lingua inveniat, quod desideret? Neque dubito, quod Perronius de sua, de hacce quoq; pronunciare lingua: *Ila etc de notre langue ainsi que des fruits, qui se corrompent par les vers avant que de venir à maturité* (2). Anne quis enim vere vermes linguæ germanicæ pronunciet tot exotica vocabula, verba phrasesque integras, puritatem ejus turbantes ac corruptentes, quæ illi semper magis magisque admilcentur? Anne hæc aliunde mutuatas & quali precatorias vestes virginem hancce magis dehonestare & deturpare, quàm elegantiorẽ eam reddere, dubitandum est? Certe hoc quicquid rei est, vanitas est vanitatum vanissima. Idcirco veritus non est Celeb. Dn. Paullini idipsum pœnis à divina justitia humanogeni immisissis annumerare, in epistola quadam ad Cl. Tenzelium, Autorem *Der Monathl. Unterredungen*/quando ita scribit (3): *Das mein wehrter Herr auch der von den ädlen Praschen entworfenen / Teutschliebenden Gesellschaft mit erwehnen wollen* (4) *ist mir sonderlich lieb. Wer seine Mutter liebt / kan solch nützliches Vorhaben nicht sattfam rühmen / und wess auch nicht thut / ist ein Stieffkind des Vaterlandes: Es muß ja eine Straffe / oder Blendung Gottes seyn / daß jeder Landsmann fast von allen andern Sprachen ein Bißlein / von der Einheimischen aber nichts gründliches hören noch lesen wil. Ja wol eine Straffe / nach Bettlers Arth die Hülsen und Kleyen vor frembden Thüren zu heischen / und das niedlichste Semmel-Brod seiner auffrichtigsten Mutter nicht verdauen wollen. Ach ja wol eine Blendung / von seinen Feinden etwas Zuträgliches verlangen. Grausame Schwindsucht des Gehirns / wo dergleichen vermoderte Gedancken nisteln.*

(1) v. Unterricht pag. 407 sq. (2) Vid. Perroniana p. 222. (3) de An. 1689. Mens. May. p. 147. seq. (4) Vid. cit. Mens. Jan. p. 82. seq.

Jam, ut scopo nostro propius accedamus, neque nos linguam nostram Saxoniam, die Platt-Teutsche Sprache ab hujusmodi fati, omnibus ferè lingvis comunibus, planè excludere posse, lubentes confitemur. Quam enim florens, quàm splendidus ejus olim erat status? In aulis Principum audiebatur, de cathedra Ecclesiastica sonabat, curiæ eam loquebantur, in Diplomatis, Rescriptis Principum, contractibus, testamentis, instrumentis aliis, quæ legebatur, Saxonica lingua erat. Certè cogitanti mihi talem linguarum apud Majores nostros harmoniam & uniformitatem sermonis, non sine animi voluptate illam hominum Ante-Babelicorum (ut ita loquar) vivendi rationem imaginor, quæ æq; harmonica nullam exterarum linguarum cum sua commixtionem metuere opus habebat sed ex uno quasi ore unius ejusdemque linguæ usu delectabantur omnes. Quid dicam de libris & scriptis hac linguâ conceptis, & multis & doctis & elegantibus? quid de vetustioribus S. Bibliorum Versionibus eadem linguâ concinnatis, tantaque, quæ cum hodiernis certare posset, accuratatione translatis? quæ, si quænam adhuc hodiernum reliquæ per blattarum, tinearum aut murium (quorum aliàs epulæ sunt) liberalitatem in Bibliothecis & alibi supersunt, satis superque magnum linguæ hujus apud Majores studium, gloriam majorem, maximam vero dignitatem contestantur. Ast quid nunc temporis fit? Actum jam de ea penè est, in agone moribunda jacet, ultimum quasi trahens spiritum. Viliissima æstimatur, risui habita atque contemptui summo. Id tamen solum sibi fortunæ ducit, quod præter rusticos crassos, debiles etiam femellæ fideles, et si non satis felices, ejus hucusque tutrices sunt atque custodes. Affectant & hæc quidem, præsertim cum ignotis sicubi confabulantur, misnicè loqui, sed, in vitis quamvis illis, sæpe numero Saxonica verba earum, alioquin satis superque dicacularum atque disertarum, linguis obrepunt. Wenn unser Niedersächsisches Frauenzimmer Hoch-Deutsch redet, gibt ihnen die liebe Frau Mutter-Sprach öftters einen brauen Puff in den Nacken/das ihnen geschwinden möchte. Hinc quando cum domesticis colloquendū, nulla melior, nam nulla ipsius usitatior est, linguâ vernacula. Ast o triste, olacrymabile

bile linguæ nostræ fatum! illam adeò à pristino dignitatis gradu ad contemptissimum statum detrudi, à Principibus & Magnatibus ad rusticos & ancillas ablegari, quid? ab equo ad asinum transferri; imò præter hunc contemptum maximè irritabilem ab ipsis sui adhuc Cultoribus precario quasi tantum & non sine pudore usurpari, de cætero præ omnibus aliis linguis negligi, quotidieque magis magisque ad ultimum suum fatum inclinare. Quod vel ex eo adhuc colligere licebit, quando præter sinistra fata jamjam recensita & hoc in malorum cumulū accedit quod, licet in omnibus inferioris Saxonix regionibus ejusdem suadæ ejusdemq; dialecti gloria nostram maneat linguã, illa tamen non potuerit impedire, quò minus, ex quo nostri homines Misnicam adamare coeperint, non nihil exinde corruptionis apud eam sese insinuaverit, multis vocabulis, rem aliàs admodum significanter exprimentibus, rarissimè adhibitis adeoq; ob rariorem eorundè usum ignotis ferè factis & vel apud solos rusticos vigorem suum servantibus. Sed, nisi vanus (quod opto) sum augur, successu temporis penitus abolebitur & evanescet, ex consortio hominum relegata & exire jussa. Misnicam enim cuncti hodie crepant, adamant, excolunt, vernaculã contemptui, odio, risui expositã.

#### § VII.

Non diffiteor, me nunquam non mirabundum in me ipsū descendendo tacitè cogitasse, quĩ fieri posset, ut quis, linguæ suæ vernaculæ contemptu atque neglectu quasi fascinatus, alius contra linguæ studio adeò addictus sit? Altius tamen hac vice materiam hancce ruminandam inque veras ejusdem causas inquirendum esse, necessarium existimo. Brianus Waltonus (1) ex Joh. Bodini Methodo Histor. Cap. IX. triplicem affert mutationis linguarum causam generalem: una est in ipso decursu temporum; altera est coloniarum & populorum confusio; postrema in ipsa regionis natura versatur. Quando igitur quærimus: cur homines nostri vernaculæ suæ neglectæ Misnicam præferant linguam? tum ultima ad minimum causa heic quidem loci locum habebit nullum, cum non videam, qua ex ratione sit asserendum, tractum inferioris Saxonix ejusque situm id rei efficere; ut in contrarium potius ex ipsa regio-  
nis



nis Saxonica natura pro lingua nostra possum argumentari. Quippe cum harum terrarum situs cœlique temperies, utpote ad Septentrionem magis inclinans, incolis suis per se linguæ quandam duritiem & asperitatem inferre videatur; quis non potius, nos ad propriam linguam, illam virili gravitate vel (uti Osiores ejus malunt) horridâ duritie conspicuam, quàm ad blandulam & sibilantem Misnicam per naturam deduci, mecum affirmaret? Hac igitur mutationis causâ suo relicta loco, primam illam seu temporum decursum consideramus; qui quidem, si rectè modò intelligatur, admitti potest, nobisq; omninò concedendum erit, successu temporum haud vulgaria linguam nostram sensisse decrementa. Neque, cur id miremur, vel minimas deprehendo causas. Si enim, quæcunq; in hoc sublunari mundo nostris percipimus sensibus, accuratori mentis scrutinio intuemur, quantas, quæso, rerum in universitate conspiciamus vicissitudines? quantas mutationes? quantas varietates? Nihil hîc stabile, nihil firmum, nihil constans. *Talia, dicente Chrysothomo (2), sunt omnia humana, priusquam advenerint, avolant.* Extot innumeris creaturis unicum si consideramus hominem, quibus non mutationibus obnoxius ille est? Miraris fortè ingentia animi bona? mirare quoque constantem illorum inconstantiam! Quid magis lubricum eruditione? quàm non sæpè fallunt ingeniosissimorum ingenia? quàm non hebescit acutissimorum judicium? quàm non est labilis quorumcunque hominum memoria? Obstupefescendo fortè consideras summa corporis bona homini concessa? quæ non tam fragilitate, quam fugacitate sua suam abundè produunt inconstantiam; ne quid de fortunæ dicam bonis, quæ, omnem præter opinionem, ex Cræso Irum & viceversa facientia, ne quidem inter veri nominis bona referri merentur. A deò nil stabile in homine reperias, quod non singulis annis, quid? singulis mensibus, imò diebus & horis suas pati mutationes confiteri habeas. Proinde, quisquis fuerit, non ineptè istam humanam depincturus inconstantiam, umbram sciatherici, hoc addito delineavit lemmate: *Et nos mutamur in illis.* Quod si vero ne creaturarum sublunarium quidem perfectissima ab hac se vicissitudine exemptam gloriari potest, multò minus linguas hominumque sermones hac gaudere immunitate credendum

dum est, quin potius & illas ipso cum homine & mutari & deficere, asserendum videtur. Adeoque & nostram linguam, æque ac cætera mutabilia, temporis tractu eandem subiisse mutationem confitemur, in clarissimum constantissimæ omnium rerum inconstantix documentum. Cum vero temporis in se considerato nullo jure, uti rerum omnium, ita linguæ quoque naturæ vicissitudo adscribi queat, (quid enim anni annorumque defluxus huc conferrent?) hinc nimis generaliter tantum temporum decursus vel mutationis vel defectus linguæ cujusdam habetur causa, adeoque propinquius rem attingentes inquirendæ causæ erunt.

(1) *in Appar. Bibl. Prolegom. l. 1. §. 18. sqq. p. m. 216. sqq.* (2) *Herm. l. in Gen. T. 1. p. 5. S. VIII.*

Non ultimum humanæ levitatis est indicium, quod mortaliū animi nunquam earum rerum, quibus aliquamdiu fuerunt usi, studio semper se teneri patiuntur; quin potius varietate delectati nunc in hoc, nunc in aliud studiorum genus, misso priori, ferantur. Mutabilitatis illud & inconstantis animi vitium suos ut plurimum prodit errores in rebus homini novis & inusitatis. Vix enim illius aut oculi quædam conspiciunt, aut aures percipiunt, quæ ipsi vel solam propter novitatem aliquando placent, cum statim antea ipsi adamata spernit & antiquat, nova autem hæc prioribus, magis forte proficuis, præponit. Imò si pauculo interjecto tempore alia ipsi occurrunt placitura, & hæc antihac adeò aridentia novitatis extuere gratiam deprehendes. Luculentissimo levis inconstantix animi exemplo præ ceteris sexus fœmineus poterit esse. Aptas oculis intueri puellas, & illarum animos cum ipso mutari cælo confiteberis. Quam enim non in exornandis suis variant capitulis? quàm non & hac in re novitatis abripiuntur studio? Quædam amplioris fortè conditionis fœmina, antiquata priori ornamentorum capitulis (*Fontanges* vocant) formâ, Turris cujusdam cuspidatæ celsæve capiti si imponit figuram, vix paucorum intercedet dierum intervallum, & omnes ferè reliquas turratas conspicias. Quod si mox alteri cuidam præ hacce alia præplacet forma, ut in signum fermè *Hamburgensium* referens ideam, è vestigio novitatis pruritu occupantur omnes, omnesq; *Hamburgensium* quasi turribus munitæ

incedunt. Nunc pyramitalis formæ Fontansias (Sit venia verbo! Ciceronis enim Tulliam istiusmodi capitis ornatu usam fuisse, ac patrem ipsius eundem alicubi latino vocabulo expressisse, non recorder) nunc quadranguli fermè figuram repræsentantes, mox antrorsum, iterum retrorsum leviter deflexas conspiciere licet. Natura si quando benigna cuidam ex primariis flavum largita crimen, crines lemniscis innexos capitis eligendi ornamenta dederit occasionem; cætera quoque puellarum turba, cupida scilicet.

----- *Et amata relinquere pernix (1),*

capitula crinito coronat ornamento, quamvis interdum crinium colorem pulvere odorato eò magis aspectabilem reddere necesse habeant. Et quid de viris ipsis dicam eorumque habitu ac vestitu vario (von s<sup>v</sup> mancherley Modellen)? quorum tamen erat & levitatem procul à se abesse jubere, & constantiæ animi omni nisu studere atq; conatu. Sed, quàm inutiles proferre querelas, silere heic præstat. Adeò enim mortalium in animis quodvis invaluit novitatis studium, ut sicubi quædam nova oculis abblandiantur, illa statim, quæ prius ab ipsis æstimata sunt & amata, suam illicò amittant gratiam. Littus arare in se suscipiet, quisquis id ipsum ex iis extirpare conabitur. Et sic quoque asserere haud dubitamus, studium illud novitatis non minimas inter referendum esse causas, homines nostros impellentes, qui vernaculâ suâ postpositâ, Misnicam tanquam novam adamant. Hanc principalibus annumerare mutationis linguarum causis superius laudatus Gallus (2) non dubitavit, scribens: *L' inconstance des hommes est une des principales causes de ce changement; l' amour qu' ils ont pour la nouveauté leur fait etablir de nouveaux mots en la place de ceux qu' ils rebutent, & introduire des manières nouvelles de prononcer, qui changent entièrement le langage, & qui en font un nouveau dans la suite des années.* Sicuti enim stomachus cibum, si semper eundem assumit, tandem fastidire incipit, juxta diverbium: *Crambe bis coctamors est*; ubi vero novi quiddam mensâ apponitur, hiante arripit ore; ita etiam Saxones, cum, eadem semper chorda oberrantes, eademque linguâ Saxonica utentes, alius destituti fuerint linguæ usu, non potuisse non tandem quotidiani hujus sermonis capi tædio, præsertim ubi novæ linguæ addiscendæ usurpandæque occasio sese offerat, credendum erit.

§. IX.

(1) Horat. in arte Poët. (2) L' Art de parler Chap. XI, Liv. I. p. 71.

## S. IX.

Et hancce quidem occasionem, quin ad secundam à Waltono memoratam referamus causam, Coloniarum nempe & Populorum confusionem, ipsa rei considerandæ ratio videtur postulare. Auctor iste (1) non armis solum victricibus linguarum mutationes adscribit, quippe per quæ eveniat, ut in victos simul cum imperio victorum quoque lingua derivetur; (de quo paulo ante prolixius egerat,) sed & Religione & Sacrorum reverentiâ multas linguas esse mutatas affirmat. *Nam, inquit, cum superstitione Muhammedica Arabisnum per totam Asiam, magnamque Africa & Europæ partem propagatum videmus: & Mosci seu Russi, aliæque Gentes à Grecis Religionem Christianam accipientes, cum Grecis literis, ut ex Alphabeto Cyrilli liquet, etiam plurima vocabula Græca lingvæ suæ adjecterunt.* Suo quoque modo nobis Religionem neglectus linguæ nostræ causam statuere licebit. Quando enim mentis oculis in illud, quo salutifera Evangelii lux B. Lutheri ministerio è tenebris quasi eruta in Ecclesia se diffundere cepit, tempus retrospectimus; nihil sanè aut parum existimationis antiq. hac Misnicæ lingvæ nostris in terris tributum fuisse deprehendimus. Tum vero temporis, licet non simul & semel, sensim tamen & sine sensu crevit, occulto velut arbor ævo, ejus apud nostrates æstimium, sensimque eam quasi introductam esse, experientia testatur. Plerique enim, veritatem Evangelicam de Cathedra Ecclesiastica populo Papisticis involuto erroribus annunciaturi ex Witteberga, ubi in Lutheri Schola ad talia instruebantur munia, vocandi ad nos erant. Horum autem non minimam, si non maximam partem superioris Saxoniz dialecto tanquam vernaculâ usam fuisse, per se intelligitur. Neque his facile erat tam citò tamque feliciter linguas suas advescere, ut nostram eâ, quâ decebat, promptitudine linguam efferrent & loquerentur, adeoque proprium loquendi genus servantes, eodem quoque populum de cathedra erudiebant. Hinc non poterant non Auditores, si modo prædicatum DEI verbum deductasque exinde doctrinas rectè percipere avebant, aures suas ipsorum sermoni ac pronunciandi rationi accommodare. Quod ut feliciter obtinerent, non paucos hoc ipsum loquendi genus in quotidiana conversatione imitatos esse,

esse, interque sese usurpasse, omninò probabile est. Idem etiam primam primitus in vectorum in regiones hæc Sacri Scripturæ Codicis in Misnicum idioma versi exemplarium causam fuisse ducimus, quò ejusdem lectione Auditores ad intelligendum sermonem Ecclesiasticorum suorum Doctorum promptiores redderentur. Interim non negamus alios, qui ex inferiori hac oriundi erant Saxonia, postea & de Cathedra ad concionem locuturos maternâ suâ uti non desivisse. Testantur id Homiliæ tum temporis, à diversis auctoribus, iisdem tamen in locis concionatis, editæ, quarum alias in Saxonica, in Misnica alias conscriptas esse lingua ipsa demonstrat *αὐτῶ ψιζ*. Et hanc primam pariter ac principalissimam in vectorum in terras nostras Saxoniz superioris lingvæ esse originem, est quod mihi habeo quàm persuasissimum.

(1) *l. c. §. 20. pag. 217.*

### §. X.

Equidem, cum omnium in hac universitate rerum inconstantiam paulò ante jam notaverimus, quis non etiam sperasset, & illam Misnicæ lingvæ Reformationis tempore apud nos introductam culturam temporis decursu, uti sensim incrementa ceperat, ita & sensim decrementsa passuram, tandemque iterum harum terrarum terminis exire iussam fuisse. At quamdiu nos ipsi Misnicam præ nostra adamamus, quamdiu ejus usui quotidie magis magisque adfuescimus, quamdiu ipsi occasionem linguam hanc expellendi non sedulo inquirimus, omnis jam spes Saxoniam nostram puram & illibatam retinendi videtur esse decollata. Provoco ad varium illud nostratum cum superioris Germaniz civibus commercium, modò per literas, modò per mercaturas, modò per peregrinationes. Maximè verò ad hunc Misnici idiomatis hæc in terris conservandum florem conferre videntur Cives nostri literis operam navantes ac studiorum gratiâ superioris Saxoniz Academiis visitantes. Cum enim hi interdum per aliquot annorum spatium ibidem commorantes nullius aliut quàm Misnicæ lingvæ, si velint intelligi, usu gaudeant, non potest non peregrina hæc apud illos in nativam quasi & vernaculam degenerare, maternâ interim suo relicta loco, & vel penitus neglectâ. Supra jam §. II. istius Matt. Machmari fecimus

25

simus mentionem, qui in itinere Persico, ex quotidiana lingua Persicæ consuetudine, patriæ penitus ferè fuit oblitus; sique quovis harum terrarum incolas, peregrinationibus olim deditos, loquentes audire contingat, certè quemlibet non nihil ex idiomate illarum regionum, ubi extra patriam plurimum est versatus, præsertim ad prononciationem quod pertinet, assumpsisse deprehendemus, propriâ interim si non penitus oblivioni traditâ, maximam tamen partem corruptâ. Proinde, quod de librorum lectione tropicè Cartesius, nos & in proprio huc trahere sensu nulli dubitamus: *Peregrinationi nimium indulgentes in propria patria hospites est extranei sumus* (1). Atque hoc ipsum quoque de Studiosis nostris prononciare licet, quippe quos ad patrios lares revertentes vel ex adsuetudine vel studio nil nisi Misnicâ proferre audias linguâ, siue in cathedra Ecclesiastica, siue in curia, siue in congressibus privatis; vernaculam vero ex his nullibi audias, ni forsan joci ergò ac ubi risus erit excitandus. Quamvis interea tantum seculi novaturientis indulgendum esse videatur moribus, ut, quoniam Misnica apud nos lingua civitatis jure donata penè est, ejus quoque usum patienter quodammodo toleremus; risum tamen vel potius commiserationem alicui extorqueat necesse est stolidi ista quorundam *Φιλογλωστια* Misnicæ dialecti, quâ sibi dedecori esse opinantes, si quædam vernaculâ proferant linguâ, cujus notitiam penitus exuisse videri volunt. Narratum aliquando mihi memini, homuncionem ejusmodi nescio quem, vix paucorum mensium decursu superiori in Saxoniam versatum, domumque reversum dissimulasse, se non amplius, quoniam vocabulo rastrum pedibus suis adjacens linguâ Saxonicâ vocaretur, recordari, in cujus verò frontem ex improvise, pede in manubrii extremitatem posito, rastrum illud alterâ summitate involans, causam ei dedisse exclamandi: *de krambeck'sche Harck!* Ne alium quendam similis stultitiæ adducam, qui selem non amplius *eine Käse* sed potius *einen Maus-Hund* nominatam maluit. Adeo vel ad stulticiam usque rebus alienis delectantur mortales, suarum rerum plus justo incuriosi.

(1) v. Saldenus de libris pag. 29.

## §. XI.

Hiscæ memoratis neglectûs linguæ patriæ causis accedit, et si ultimo loco relata, non tamen minus momentosa, præconcepta illa opinio creditaque alterius linguæ elegantia major, majorq; aptitudo ad poësin. Tam facilè scilicet, quamvis suum aliàs cuique pulchrum sit, ad aliena amplectenda & præ propriis æstimanda deflectere ingenia nostra possumus, dummodo vel minima sese offerat occasio. Profectò donec superioris Saxonix incolæ suam semper magis magisque excolunt linguam, donec singulis nundinis Bibliopolia nostra librorum Misnicorum non parvo complentur numero, donec & in prosâ & in ligato sermonis genere oculos mentesq; nostras per scripta sua mirum in modum afficiunt; ex adverso ubi nos ipsi propriæ linguæ sumus pertæsi, ubi paucissimi in eadem apud nos conscribuntur libri, vel si habentur, nunquam leguntur, ubi deniq; ipsi illam ne in ulla quidem parte excolimus, non potest non fieri, quin illa delicatula, illa blandula, Misnicam puto, sese magis magisque in nostrorum insinuet animos, tantique præ vernacula æstimetur. Cumq; Misnici mirabilem linguæ suæ tam in prosâ quàm in vorsa ad quæcunque exprimenda aptitudinem & peculiaribus scriptis & multis commonstrare elogiis exemplisq; allaborant; contra verò nostratium nemo talia sibi de hacce nostra, quæ culpanda est desidia atque pusillanimitas nostra, velit polliceri, quippe à nemine adhuc demonstrata; quid mirum, nostrâ suppressâ, istam indies majorem apud nos lucrari gratiam, majorem acquirere auctoritatem, imo prærogativam præ nostrâ non tam affectare, quàm, concedentibus nobis, utroque expanso brachio, arripere sibi que vindicare? Eleganti planeq; accuratâ Parodiâ huc à Cl. Möllero nostro (1) trahitur illa Juvenalis de Roma in *Græcam urbem*, & populo *Martio in Facem Acheam* degenerante, querela (2), ubi ait:

*Num quid rancidius, quàm quod se non putat ulla  
Formosam, nisi que de Cimbra Misnica facta est,  
Deque Hamburgensi mera Lipsias?  
Hoc sermone pavent, hoc Iram, Gaudia, Curas,  
Hoc cuncta effundunt animi secreta, &c.*

Et hæ principaliores videntur esse causæ, quibus adscribendum, quod

quod lingua Saxonica apud nos non modò negligatur, sed & quotidianè magis magisque contemptum incurrat, Misnica verò ametur, æstimetur, excolatur.

(1) *In Isag. ad historiam Cherson. Cimbr. cap. III. S. II. pag. 27. (2) Sat. 3. § 6.*

S. XII.

Quibus ex causis quamvis me non possit latere, quantas apud Saxones nostros egerit radices lingua Misnica, adeò ut, nisi Babelica quædam accidat confusio, eam ex hisce terris evelli videatur impossibile; tantum tamen in præsentiarum conari licebit, ut uno alterove harum terrarum incolis ostendam argumento: Quam nullo rationum pondere sese convictos esse confiteri necesse habeant, Misnicam vernacula suâ esse præstantiorem, ut id propter maternam suam potius præ illa adamare ac in pretio habere teneantur. Omnium igitur primò illud concedendum mihi erit, nullam planè, quo etiam cunquè nos convertamus, reperiri Gentem, quam suæ pudeat linguæ, quæque aliam præ sibi propria eligat aut amplectatur. Quoniam enim optandum potius, quam sperandum videtur, ut (quod de Latina sua thrasonicè gloriatus est Plinius (1)) *una cunctarum gentium in toto orbe patria fiat lingua*; hinc, quoadusque illud non fit, vel à natura homini inditum deprehendimus singularem erga sibi propriam atque vernaculam præ reliquis linguis amorem. Plurima plurimarum Nationum de hoc linguæ patriæ præ omnibus aliis studio in Præloquio tetigimus indicia, quibus & illud memoratu dignum adjungi meretur, quod Val. Maximus de Romanis narrat, illos magna cum perseverantia id custodivisse, ne Græcis unquam nisi Latine responderent. *Quis etiam, inquit, ipsa linguæ volubilitate, quâ plurimum valent, excussa, per interpretem loqui cogebant non in urbe tantum nostra, sed etiam in Græcia & Asia, quò scilicet Latine vocis honos venerabilior per omnes Gentes diffunderetur* (2). Imò ne in minutissimis quidem, ubi ipsa lingua Rom. deficere visa est, passum esse populum Rom. ejus diminui dignitatem, mireris. Ita enim Tiberius Imperator aliquando pro rostris ad populum perorans, cum vocem *monopolium*, cujus res significata in Latina lingua non uno efferri potest verbo, adhibuisset, excusationem statim adhibita vocis alienæ adjunxisse legitur. Qui idem Tiberius ex Senatûs quodam Consulto vocem *emblemata*



deberi, sique alio vocabulo Latino exprimi haud posset, quibusdam verborum ambagibus circumscribi iussit. Adeo vel ad superstitionem usque linguæ suæ cultores extiterunt Romani. Et hodienum, saltem in Legationibus obeundis, omnes fermè reliquas Gentes eundem servare plerumque morem, in proapatulo est. Non dicam de concionibus sacris, quascunque inter Nationes in propria sua, quam cum materno lacte suserunt, linguâ haberi solitis. Non enim Suecis Danicos, aut Danis Svecicos haberi sermones sacros audies. An ergo nos, ô Clarissimi Saxones! solos nos excludi patiemur ab hac in linguam patriam meritorum laude? An soli indecenti ducti pudore, ac si hoc nobis studium esset dedecori, nomini nostro inuri concedemus maculam? Certè maximum illud foret nefas, majorque adhuc ignominia. Chytræus (3) Holsatiæ Principes Juvenes ad linguam patriam majoris æstimandam excitaturus his inter alia eos affatur verbis: *Lingua Cimbrica vel Saxonica, cumpatriæ & majoribus vestris nativa sit; nequaquam contempta aut vilis Cels. V. censeri debet: præsertim cum Viri quoque illi fortissimi, & Roma totiusque Italiae domitores Cimbræ, eam suo imperio, virtute & potentiâ olim non censuerint indignam.* Ecce Majores nostros linguæ vernaculæ Cultores! Sed &, qui non adeo procul à nostra abfuerunt ætate, eam adhuc in pretio habuisse, cuilibet certum reddi potest, vel scripta tunc temporis à nostris typis exscripta, vel instrumenta tùm confecta ob oculos si ponuntur. Sanè vel unicū hocce Majorum nostrorum, nisi indignos iis posteros nosmet, vel eos nobis indignos judicare velimus, circa linguam Saxoniam studium nos hodiè excitaret ad eam præ Misnica ardentiori, quàm sit, animo amplectendam atq; excolendam.

(1) *lib. II. Nat. Hist. c. 5.* (2) *lib. II. c. 2.* (3) *in præfat. supra cit.*

§. XIII.

Sed non levioris adhuc momenti superesse videntur rationes, quæ nobis Saxoniam linguam præ Misnicam commendant. Nimirum nostram, ante inveciam in oras nostras alteram superioris Germaniæ, si consideramus, scripta tùm edita evolventes, maximam ejus omni temporum spatio deprehendemus uniformitatem & harmonicam consonantiam admiratione dignam. Quid verò de Misnicâ pronunciari potest? Vel ipsi Cives ejusdem profectò mecum  
confis

confiteri cogentur, suam linguam non novam solum esse, sed & variè multisque modis mutata, ac recentius denique ad eum, quo hodiè præfulget, splendorem exultam. Sufficenter illud loquuntur scripta in ea lingua antiquiora & recentiora invicem collata. Quippe ante seculum hoc & ultra quæ concepta fuere, adeò ab horum tempòrum differunt fœtibus, ut in aliam prorsus eandem formatam esse linguam, jurares. Jo. Wilh. Laurenbergius, non incelebre eruditi orbis decus, utriusque harum linguarum hæc accidentia fata, more suo, acutè & graviter depingit in seinen Scherzgedichten (1):

Inse Sprache blyfft altydt bestendig und vest/  
 Als se ersten was/ even so ns se of lest.  
 Duwe verendert sich alle fœsttg Tabe/  
 Dat kœnen de Schrifften bewiesen klaby/  
 Wille gy my nich gboven/ so mœge gy upsoeken/  
 Wat geschreven und gedrucket is in olden Bœken.  
 Einer kan mit groter Mœdy kuen dre Reegen lesen  
 Van der Sprach/ de domaln is im Gebrack gewesen/  
 Se is so lappisch und so verbrœdich/  
 Dat men schier nich weet efft idt Welsch is edder Dœdich:  
 So bunte is se/ und so vernaten/  
 Als wenn se in eine nie Form were gegaten:  
 Ja se is so jœmmerlick vermoren/  
 Als were se gewest bym Babylœnischen Toren.  
 Men de Sprache in ganz Nedder Saxon Land  
 Blyfft unverrœckt/ und hefft Bestand/  
 Dar ward geredt van althomahlen/  
 In Mecklenborg/ Pommern und Westfahlen/  
 In den andern Laubshoppen desghlyken  
 Etnerley Sprache/ darvan se nich wyken.

Ne dicam Misnicam hodiè adhuc ab antiqua sua indole magis magisque degenerare, tum per ipsorum Misnicorum ab antiquitate aversionem, tum per majorem quotidie peregrinarum vocum commixtionem, tum denique per studiosiorem ejus quotidie ad novam formam (nach der neuen Mode) expolitionem. Sed tam Misnicâ strictè dictâ, quam cæteris Germaniæ dialectis nostram antiquiorem esse, vel ipsos Misnicos nequaquam negaturos, persuasus firmiter sum, Quidni id propter præ illis nostra Civibus nostris æstimanda?

Vla. 2

Superiore jam seculo Joh. Ger. Becanus & Ant. Ricciardus Brixianus, linguam Cimbrorum & Saxonum, Belgicamque ejus sobolem, maternæ puritatis ac gravitatis præ sororibus cæteris tenacissimam, matrem linguarum esse reliquarum omnium communem, stabilire conati sunt; qui an in probanda thesi sua limites transfilerint nec ne? aliis decidendum relinquo. Sufficit namque mihi antiquitatem linguæ Saxonix inferioris paucis demonstrasse. B. Morhofius in etymologiis vocum enucleandis pro primo quasi fundamento ac principii loco hosce canones ponendos vult: I. Daß je einfältiger und grober eine Sprache/desto älter und ungemischer sie sey/und denen andern vorgehe. (2) II. Daß man die Einsylbigen und von Consonantibus gleichsam zusammen gepresse Wörter älter halte/als andere/von welchen die Dialectischen herkommen (3). Quibus addi III. poterit, & eam, quæ vocabulis utitur simplicibus, eâ, quâ in diphthongi simplicium loco substituantur, multo antiquiorem esse. Prius enim composito esse simplex, quis negare ausit? Applicentur nunc verò hæc & juxta illa inter illam superioris Germaniæ ac nostram inferioris Saxonix linguas comparatio instituat; certè, quam antiquitatis honosque laudesque manebunt, nostra erit. Idcirco injustus est ejusdem neglectus atque contemptus. Clarius quidem id ipsum inferius per exempla hanc in rem adducenda commentrandum erit; sed, quod interim hoc loco adhuc optaremus, est, ut jam dudum & vel ante duodecennium à Summè Venerab. Patriæ meæ Præfule DN. D. HENR. MUHLLO, promissum opus Literarium *de Dialecti Holsaticæ ac Cimbricæ Saxonixque inferioris Antiquitatibus*; abs Cl. Dn. Möllero (4) citatum, licuisset vel fugitivo inspicere oculo. Sic enim nullum fuisset dubium, quin linguæ nostræ gloriam eò majori argumentorum pondere fuisset stabilicuri. Interea, quoniam tam felicibus esse non licuit, votum nostrum est, Summè Rev. Dn. Autor, in quantum per gravissima & concatenata munia Episcopalia concessum est, quamprimum tam utili tamque commendatissimo operi edendo manum adhibeat, quo sibi & Cimbricam suam & universam Saxoniam inferiorem reddet quàm devinctissimam.

(1) pag 94. edit. noviss. Brem. (2.) Im Unterricht Pt I. cap. IV. p. 65. (3) Cap. V. p. 75. (4) Introd. in Ducatum Cimbric. Historiam, præf. edit. nov. p. 9. §. 4. §. XLV.

## S. XIV.

Age verò &, juxta criteria posita, linguæ nostræ præ reliquis Germanicis antiquitatem adverte! Cui profecto non parum conciliat gloriæ, quod in eadem multa vocabula primitiva reperiuntur, à quibus Misnicæ linguæ plurimæ derivantur voces. Testis ejus est ὁ πᾶσι Morhofius, testis experientia, uterque omni fide dignissimus. Sic autem ille (1): Es wird einer mit Verwunderung sehen / wie eine Sprache / ein Dialectus dem andern zu Hülffe kömmt / und wie viel Stamm-Wörter in den alten Sächsischen / Cimbrischen / Pommerischen / Westphälischen / Mecklenburgischen &c. und insonderheit in der alten Gothischen stecken / davon viel Wörter in der Hoch-Deutschen unstreitig hergeleitet / welches die Hoch-Deutschen selbst nicht wissen. Experientiam verò si exemplis quibusdam se explicare videas, veritatem ipsam sibi satis abundè constare confiteberis. Paucissima hæcè sufficiant, cum in plura inquirere non licuerit; Ita

Don Hüll derivatur	Verhüllen.		
Schick.	{ Geschicklichkeit.	Holl.	{ Höle.
Lässig.	{ Geschickt.		{ Aufhölten.
Dräff.	{ Nachlässig.		{ Seuche.
Häge.	{ Erfressen.	Seck.	{ Süchtig.
	{ Behagen.		{ Siechbette.
	{ Begierde.		{ Sucht / ut: Wassersucht.
Gyr.	{ Begierig.	Hucheln.	{ Heucheln.
	{ Begehren.		{ Heuchler.
Rähr.	{ Erföhren.		{ Heuchley.
Reck.	{ Reichen.	Heel.	{ Hellen.
Wesen (verb: )	Wesen (no-		{ Zuhellen.
	men, essentia.)		{ Wiederheilen.
	{ Verloben.	Schott pro Pyl	{ Schuß.
Löff.	{ Geloben.		{ Schiessen.
	{ Gelübb.	Barn / i. e. brennen / unde barm-	{ Schüße.
Niten.	{ Anreizen.	herzig / quasi dem das Herz vor	
Klöben.	{ Klauen.	Mittleyden brennet.	

Quod si prætera Misnicam linguam consideramus, quàm non, quæso, ab antiqua simplicitate degeneravit, modò monosylla borum

borum loco polysyllaba assumendo, modò vocales simplices in diptongos commutando? Juvabit dicta exemplis illustrari. Et primò quidem indicare licebit, quomodo illi vocabulis penè in numeris, si non plures, ad minimum unam addant syllabam, planè superfluum. Cui ignotum esse potest, ab ipsis particulas: *ge* *be* & *ver* / adeò frequenter præponi vocibus, ut non nisi paucissimæ iisdem careant? Præsertim Thuringorum sermo particulâ *ge* verbis præfixâ abundat, id quod ab aliis superioris Germaniæ hominibus non adeò sæpè fieri observatur. Sed ut fidem faciam verbis, adspice, si libet, hanc vocum collationem:

<i>Saxonice</i> & <i>Misnicæ</i>		<i>Saxon.</i>	<i>Misn.</i>	<i>Saxon.</i>	<i>Misn.</i>
Danken.	Gedanken.	Stand.	Gestand.	Grâffnis.	Begrâbnis.
Dranc.	Getrânc.	Lâffel.	Pantoffel.	Weder.	Gewitter.
Drucken.	Gebrauchen.	Slecht.	Geschlecht.	Zelt.	Gezelt.
Warsten.	Zerbersten.	Drôffnis.	Beirôbnis.	Warff.	Gewerk.
Fahr.	Gefahr.	Moyen.	Bemühen.	Lüchten.	Wetterleucht.
Fâhrlîch.	Gefâhrlîch.	Wadder.	Gewatter.	Wahnd.	Monath.
Barg.	Gebirge.	Holt.	Gehdlig.	Byrdag.	Feyer Tag.
Rûgg.	Rûcken.	Fleet.	Fließend Wasser.	Nahr.	Harbe.
Lôfft.	Verlôbnisse.	Gahn.	Gehen.	Darm.	Gedarm.
Schle.	Geschlecht. vel Geschicklichkeit	Rûcht.	Gerûcht.	Laven.	Gelohen.
Wûgel.	Grûdel.	Scheen.	Geschehen.	Water.	Gewâffer.
Dûldig.	Gedultig.	Bunden.	Verwunden.	Sund.	Gesund.
Plichtig.	Verpflichtet.	Wittsch.	Wissentlich.	Wahrheit.	Gewohnheit.
		Ich hân hengahn. Ich bin hingegangen.			

Hiscæ permulca adhuc similia addi posse, quis dubitare aufit? præsertim quidem si omnia ab iis derivata colligere quoque voluissimus. Sed videntur potiùs, quæ huc etiam spectant, propria hominum nomina referenda, quæ nostris pleraque in monosyllaba contracta pronounciari solent, quorum hunc brevem habeas catalogum:

<i>Saxonice.</i>	<i>Misnicæ.</i>	<i>Saxonice.</i>	<i>Misnicæ.</i>	<i>Saxonice.</i>	<i>Misnicæ.</i>
Tys.	Matthias.	Elas.	Nicolans.	Eobs.	Jacob.
Levs.	Matthâus.	Wes.	Bartholomâus.	Gerb.	Gerhard.
Dreus.	Andreas.	Gim.	Jochim.	Willm.	Wihelm.
Stoffer.	Christoffer.	Easten.	Christian.	Bernd.	Bernhard.
Geel.	Michael.	Eord.	Conrad.	Ehon.	Anton.
Hans.	Johann.	Harm.	Hermann.	Joss.	Josua.
					Wastan.

Bastian.	Sebastian.	Tryn.	Catharina.	Dorcy.	Dorothea.
Dyck.	Di:derich.	Fische. }	Elfabe.	Fieck.	Sophia.
Wetten.	Valentin.	Fisbet. }		Stien.	Christina.
Gret.	Margaretha.	Leen. }	Magdalena.	Barb.	Barbara.
Kies. }	Elisabeth.	Leenke. }	Susanna.	Frönc.	Beronica.
Liesbet. }		San.			

Deinde, quam faciles Misnici sint in vocalibus simplicibus in di-  
phthongos convertendis, ex subjectis exemplis colligere inte-  
gram erit. Conferantur enim :

<i>Saxonice.</i>	<i>Misnicè</i>	<i>Saxonice.</i>	<i>Misnicè.</i>	<i>Saxonice.</i>	<i>Misnicè.</i>
Kopman.	Kauffmann.	Glove.	Glaube.	Rüter.	Reuter.
Uy.	Auff.	Hupen.	Haußen.	Fründ.	Freund.
Lopen.	Lauffen.	Uc.	Auf.	Grütick.	Greulich.
Duve.	Laube.	Fuel.	Faul.	Röckern.	Räuchern.
Buer.	Bauer.	Buen.	Bauen.	Uhl.	Eule.
Mür.	Mauer.	Teuen.	Trauen.	Dy.	Deu.
Hus.	Haus.	Teuren.	Trauren.	Stüren.	Steuern.
Lus.	Lauf.	Zohm.	Zaum.	Zügen.	Zeugen.
Krus.	Kruz.	Schuen.	Schauen.	Trüe.	True.
Schmöken.	Schmauchen.	Puffen.	Blasen.	Jur.	Euch.
Roken.	Rauchen.	Brucht.	Braut.	Verlöchen.	Verleugnen.
Uhtsupen.	Ausfauffen.	Brödigam.	Bräutigam	Böhm.	Bäume.
Buef.	Bauch.	Drohm.	Traum.	Süffen.	Seuffen.
Schüffel.	Schaffel.	Bassan.	Pofaun.	Krüz.	Kreuz.
Schlu.	Schlan.	Suhr.	Sauer.	Bedäden.	Bedeutem.
Ogen.	Augen.	Krut.	Kraut.	Etck strüven.	Sich streuben.
Muel.	Maul.	Wyndruven.	Weintrauben.	Wuff.	Weib.
Fust.	Faust.	Ruschen.	Rauschen.	Hillig.	Heilig.
Sugen.	Saugen.	Lud.	Laut.	Endsteen.	Leichstein.
Schuem.	Schaum.	Liden.	Leuten.	Wyse.	Weise.
Thun.	Zaum.	Lüde.	Leute.	Schweef.	Schweif.
Noven.	Nauben.	Düvel.	Teuffel.	Eyde.	Eide.
Fuchen.	Fauchken	Süle.	Seuche.	Seck.	Eiche.
Döpen.	Lauffen.	Lüchter.	Leuchter.	Pinwand.	Leinwand.
Df.	Luch.	Lüchten.	Leuchten.	Egen.	Eigen.
Dögen.	Taugen.	Lücht.	Leuchte.	Indverdriff.	Zeitvertreff.
Wruken.	Gebrauchen.	Wofen.	Weiffen.	Been.	Bein.
Hövt.	Haupt.	Hücheln.	Heucheln.	Reener.	Reiner.
Wrufen.	Wraufen.	Hüchler.	Heuchler.	Steen.	Stein.
By.	By.	Kleenglvig.	Kleingläubig.	Wlyven.	Wleiben.
Wyrock.	Weyrauch.	Flügt.	Fluget.	Berlicht.	Vielleicht.
		Für.	Feuer.	Syn.	Fein.

Pipen.	Pfeifen.	Lyden.	Lelden.	Geest.	Geist.
Pryfen.	Preifen.	Kleed.	Kleid.	Gizig.	Geizig.
Spyfen.	Speifen.	Meenen.	Meinen.	Gastery.	Gasterey.
Berglycken.	Bergleichen.	Weenen.	Welnen.	Schwyn.	Schwein.
Fry.	Frey.	Srynen.	Sreinen.	Nyd.	Neld.
Fryer.	Freyer.	Schwngen.	Schwelgen.	Sryg.	Steig.
Zwng.	Zweyg.	Dewyle.	Dieweile.	Wyt.	Weit.
Nden.	Nelten.	Wysheit.	Weisheit.	Witt.	Weis.
Wyl.	Weile.	Ydel.	Eitel.	Dreht.	Dreit.
Wß.	Eiß.	Wyken.	Weichen.	Dygen.	Feigen.
Anteken.	Anzeigen.	Stryd.	Streit.	Schienen.	Schneen.
Nyck.	Nelch.	üder.	Enter.	Nyden.	Neiden.
Nyl.	Nyell.	Eensahn.	Einsahn.	Schulken.	Schmeissen.
Syn.	Seyn.	Nfern.	Nyfern.	Nyp.	Nelß.
Wyß.	Weiß.	Neken.	Neichen.	Errypt.	Es reißt.

Sæpe evenire solet, ut integras sententias proferamus, in quarum singulis verbis talis diversitas vocalium diphtongorumque apparet, e. gr. cum dico Saxonice: *Eydt*, verdryff heet myn *Wyß*; Misnicè: *Zeit*, vertreib heist mein *Weib*. Saxonice: *Pyper* pyp up; Misnicè: *Pfeiffer* pfeiff auff. Saxonice: *Een untrû* Fründ is ock een *Grûwet*; Misnicè: *Ein ungetreuer* Freund ist auch ein *Grâuel*. Ex his, spero, sufficienter omnibus constabit, Saxonicam nostram linguam præ Misnica antiquitatis honorem manere. Quæ ergo eandem sperniamus? quæ ejus neglectus causa?

(1) l. c. pag. 48.

### §. XV.

Et sic etiam, quæ multum meretur laudis, Saxonice linguæ simplicitas inde apparet. Experientia per omnia fermè secula confirmavit, cum à simplicitate victus & amictus deficere homines ceperunt, morum quoque eorummet corruptionem majora sensim incrementa sumsisse. Quid vero decreverunt linguæ nostræ simplicitatem secutum fuisse putabis? Nonne cum eadem sinceritatem simplicitatis amantissimam penitus fermè sublatam & ex terris nostris relegatam atque proscripam tibi persuadebis? Elegantiæ sermonis affectantes verbis blanditiarum plenis non studere non possunt. Sed quam cum blanditiis candor atque sinceritas stare vix ac ne vix quidem queant, utinam! non doceret exemplis experientia. Quam enim difficile est, blandilqua

diloquam linguam adulationis carere vicio posse? Titulorum augmenta per secula euntes in admirationem rapiunt. Vix leves tractantur artes aures iis demulcere appellationibus hodiè poteris, quæ Regibus olim Principibusque sufficiebant personis. Quid autem prohibet, cur non inter secundarias saltem ejusdem causas & linguæ mutationem referamus? cujus cum simplicitate simplicitas quoque morum defecerit. Fortè non in congruè trahi huc possunt, quæ Johannes Bersandius (1) de titulorum incrementis scribit; *Simplici evo, simplici etiam lingua, simplex sufficiebat titulus, honestos, pios appellasse Principes, summum erat tituli fastigium, eâ scilicet tempestate, qua verum honorem non in splendore titulorum, sed in iudicio hominum retinebant. Ita legimus Imperatores & Duces a civitate Lubecensi Anno MCCLIV. hoc titulo fuisse cohonestatos. Welche jura und Rechte beständig und denen von Lübeck gegeben sind von dem Durchluchtigsten Meyster und Buer der Stadt Lübeck Herzog Heinrich. Und darnach von dem Ehrentlichen Herrn/ Römischen Kayser Friederich/ von dem Klaven Herrn unde Forsten. At gliscente adulatione, gravis linguæ in blandam, virilis in fœmineam, factâ mutatione haud parum ad id conferente, eò res nunc rediit, ut injuriâ Titium affecisse accuseris, si eum titulus, qui Cesarum honestamenta olim erant, compellas.* Nolo alia emergentia inde vitia tangere; veruntamen id duntaxat affirmare licebit, ipsam antiquam fidem ac candorem germanum adhuc in Saxonica nostra lingua, sicubi illibata servatur, latitare. Accedas, quæso, ad plebejorum rusticorumve apud nos tuguria, & non sine summa audies voluptate, quàm in conventibus suis candidè, quàm falsi expertes invicem colloquantur & confabulentur. Hoccene vero magnam partem ingenux, qua nostra gaudet lingua, simplicitati adscribendum esse reputabis? Blandiloquentiæ autem ac per eam adulationi linguæ cujuscumque genium viam pandere, neminem negaturum reor. Audire sæpius licuit, etiam excellentioris conditionis Viros intimiorem inter se foventes amicitiam, privatim ut convenere, vernaculam nostram usurpasse linguam in colloquiis suis. Non autem, nisi ut, omnem ab amicitia sua fucum longè alienum seque cordatè ac sincerè invicem agere, eò significaretur, id fieri suspicor. Ita vix alium ac Saxonicum inter



se, per summam, quæ inter ipsos est, familiaritatem, miscere sermonem conjuges audiuntur. E contrario, quando cum ignotis, aut minus familiaribus sermo instituendus, illicò ad Misnicam linguam provolant. Et quid causæ est, cur simplicis linguæ in blandam conversationem non blanditiarum, adulationis, ac expulsæ sinceritatis causam dicere liceret? Licebit plus adhuc affirmare, cui si fidem adhibere difficile tibi videbitur, ipse attendas, & veritatem haud ægrè confitebere. Est autem ipsum, quod, postquam elegantia linguæ plus justo studere cœptum, concionatorum nostrorum haud pauci, inprimis juvenes, plebeji applausus auram captantes, præ verbo DEL solidè tradendo, colligendis undique, non rarò etiam ex libris Historico-Amatoriis, quos Romanen vocant, luxuriantibus orationum flosculis operam impensiosem navent. Tales nonnunquam audiri conciones contingit, quæ theatrum potius sapiunt, quàm locum sacrum, qualis est cathedra Ecclesiastica. Non uni tantum Oratorum in cathedra constituto meritò adscripseris illud Virgilii;

*Dat sine mente sonum.*

Ecce, amabo! quantum incommodorum neglectus atque contemptus simplicitatis linguæ nostræ Saxonicae secum ferat. Qui simplicem integritatem restitutam inter nos cupit, non potest non linguæ Saxonicae simplicitatem ex jure quasi postliminii restitutam optare. Et cur ea nos felicitate privamus ipsi, quod linguam nostram incorruptam servantes cum transmarinis vicinis nostris, Svecis inquam Danisque, felicius conversari possemus? id quod, præsentè linguæ nostræ statu, multò difficilius nobis redditur. Eorum namque linguas nostræ, quàm Misnicæ, propius accedere, cuilibet eas conferenti vel ad oculum patere potest. Nec penitus hinc redicenda Anglica lingua videtur, quam, à Germanis sicubi addiscenta, præ cæteris cives nostros Saxones promtius capere posse, ejusdem Doctores abundè confitebuntur. His autem prerogativis carere nostros oportebit in posterum, nisi Saxonica lingua integritati suæ restituatur. Quæ igitur vesania est, quod adeò eandem negligimus nosmet ipsi atque contemnimus? quæ præ Misnica, quæ hodie communiter utuntur, tot  
præ,

prærogativis pollet, ac præsertim de simplicitatis gloria gratulari sibi atquè gloriari potest.

(1) *in Venat. hominum sive artificio benevolentie colligenda cap. 17. pag. 147. 148. ita RUDOLPHUS IV. Sax. El. conjugem suam ANNAM, BALTHASARIS. LANDGRAVI THURINGIÆ filiam, seine Ebeliche Wirthin und liebe Gemahlin / vocasse legitur. Nec WILHELMUS III. Sax. Dux alteram suam, conjugem splendidiori compellavit titulo, quam die Edle und Tugendhaffte. Vid. Monatl. Mus;uge aus allerhand Büchern A. 1701. M. Jun. pag. 283. 289.*

§. XVI.

Si præterea de puritate certare velimus, sanè dubito cuinam harum lingvarum, an Misnicæ, an verò Saxonica, illa deferenda sit palma? Misnici quippe in quam plurimis affectatum adeò ac minus purum loquendi genus assumsere, ut non amplius fortissimorum illorum quondam Germanorum progeniem, sed teneras potius fæmellas loqui existimes. Idque tum præcipuè, si quis vel à natura vel ex assuefactione debiliori pronunciatione utitur. Cùm enim Majores nostri olim pro Viros decente linguæ suæ indole ac gravitate, acerrimi omnium blanditiarum, omnium lenociniorum osiores, purè germanicè, sine vitiosa aliorum idioma-tum imitatione; loquerentur; hodierni contra homines alternis ferè verbis sibilos parum viriles, Gallorum instar, immiscent; hoc pacto, quæ aliàs ex Germanorum lingua fortitudo & virilitas elucescebat, scientes volentes supprimunt, summo studio in ipsum incumbendo. Ast tantum abest, ut istiusmodi quidpiam sive vitii sive levitatis de pura Saxonica nostra enunciari possit, ut potius admodum parcè sibilum in eadem resonare audias, nihilque planè in eadem fæminei superesse confiteri cogantur vel hostes ejus infensissimi. Exemplis confirmandum id esse videtur, quo eò clarius patefcatur veritas. Habeas igitur hîc aliqua prout calamo meditantis illapsa sunt:

<i>Saxonicè.</i>	<i>Misnicè.</i>	<i>Saxonicè.</i>	<i>Misnicè.</i>	<i>Saxonicè.</i>	<i>Misnicè.</i>
Wörtel.	Wurtel.	Etlich.	Eglich.	Zwoyveln.	Zweiffeln.
Zwoyrteln.	Einwurzeln.	Uffat.	Ublas.	Buten.	Auffen.
Bether.	Bisher.	Geten.	Gießen.	Ut.	Aus.
Lam.	Besser.	Gaten.	Gegossen.	Holt.	Holz.
Lügel.	Bahn.	Schwetten.	Schwizen.	Lecken.	Weichen.
Dat.	Rügel.	Katte.	Kake.	Zunge.	Zunge.
Laten.	Das.	Witen.	Weissen.	Ed.	Zu.
Weten.	Laffen.	Uwet.	Ubst.	Faten.	Faffen.
Ehörnig.	Wiffen.	Bote.	Buffe.	Stracht.	Straffe.
Ehorn.	Zorn'g.	Wardtüg.	Werkzeug.	Eydt.	Weit.
Nett.	Zorn.	Bergeten.	Bergessen.	Litten.	Wien.
Zin.	Deck.	Schatt.	Schag.	Sitten.	Sitzen.
Ehstreuuen.	Zin.	Flyt.	Fleif.	Setten.	Setzen.
Ehun.	Verstreuuen.	Loyg.	Zweig.	Fleeten.	Fliesen.
Ehom.	Bann.	Lellen.	Wehlen.	Heeten.	Heiffen.
Etdten.	Baum.	Fal.	Fahle.	Wit.	Weif.
Solt.	Stoffen.	Störten.	Stürzen.	Hard.	Hertz.
Entfetten.	Salt.	Lüchtigen.	Lüchtigen.	Heet.	Heif.
Uffat.	Entfchen.	Lüchtigunge.	Lüchtigung.	Lehen.	Lehen.
Uffattig.	Aussag.	Schmiten.	Schmeiffen.	Scheten.	Schleffen.
Schwart.	Aussätzig.	Schmitten.	Schmitzen.	Lehn.	Bahn.
Ebt.	Schwart.	Schmut.	Schmut.	Lappen.	Wappen.
Wdten.	Euch.	Dit.	Dif.	Lein.	Lehn.
Haten.	Müssen.	It.	Es.	Ewölff.	Ewölff.
Zoll.	Haffen.	Water.	Wasser.	Ewintig.	Ewintig.
Ebluer.	Zoll.	Witen.	Weiffen.	Drüttig.	Dreiffig.
Echluter.	Bdlner.	Grot.	Groff.	Deertig.	Dierzig.
Echlütel.	Schluffen.	Lügen.	Zeugen.	Föfftig.	Fünffzig.
Wate.	Schlüffel.	Eren.	Essen.	Ehflig.	Sechzig.
Weten.	Waffe.	Freten.	Fressen.	Ebdentig.	Stebenzig.
Echörte.	Wessen.	Wat.	Was.	Lachentig.	Uchzig.
Zimmern.	Schürze.	Geset.	Geseh.	Regentig.	Neunzig.
	Zimmern.				

Quod si fiat, ut in ejusdem sententiæ plerisque vocabulis literæ S. & Z. cumulentur, longè alium edet sonum, quam si absque sibilo Saxonicè illa proferatur. Ut quando dicimus Saxonicè: Uht der maten; Misnicè: Aus der massen. Saxonicè: Itt as ein Wynnst / wat dy vörset is / un fret nich tho seer / Syr. XXXI, 19. ; Misnicè: Ist wie ein Mensch / was dir fürgesetzt ist / und frif nicht zu sehr. Saxonicè

Saxonicè: De Tunge is dat Schlott tom Harten; Misnicè: Die Zunge ist das Schloß zum Herzen. Saxonicè: De Thorn thonaget un frutt dat Hart / verkortende dit tydtlycke Leven / he is een Warck tûg tho thoviten dat Band der Mynsken. Misnicè: Der Zorn zer naget und zerfrist das Herz / verkürzende dis zeitliche Leben / Er ist ein Werkzeug zu zerreißen das Band der Menschen. Saxonicè: Se schmeten twölff schwarze Katten int Water; Misnicè: Sie schmissen zwölff schwarze Katzen ins Wasser. Forsan & ad horum retuleris classem verba, in quibus loco simplicis P., quo Saxones utuntur, Misnici PF, conjungunt; qualia nec pauca occurrunt, ut cum dicunt:

Misnicè.	Saxonicè.
Proppen. pro	Proppen.
Kloppen.	Kloppen.
Hüppen.	Hüppen.
Schöpfen.	Schöpfen.
Pfeffer.	Peper.
Pfarr.	Parr.
Pfarrherr.	Parher.
Pfaff.	Pap.
Kramppf.	Kramp.
Berschrumppfen.	Berschrumpen.
Pfand.	Pand.
Uuepfanden.	Utpannen.
Pforie.	Porte.
Stoppfen.	Stoppen.
Troppf.	Drup.
Tröpfeln.	Drüppen.
Pfuhl.	Pohl.
Pfingsten.	Pingsten.
Pflangen.	Planten.
Pferding.	Peersch.
Pfad.	Pad.
Dampff.	Damp.
Stimpfig.	Stimplig.
Pfund.	Pund.
Pflaumen.	Pflummen.
Kopff.	Kop.

Misnicè.	Saxonicè.
Röppfen. pro	Röppen.
Pfenning.	Penning.
Pfeiler.	Poler.
Pfyll.	Pyel.
Uppfel.	Uppel.
Fuststapff.	Fotstap.
Stumpff.	Stump.
Schnupfen.	Schnuppen.
Kopffpühl.	Koppöhl.
Pühl.	Pohl.
Pflegen.	Plegen.
Pfeiffen.	Pypen.
Zapffen.	Zappen.
Zapff.	Zap.
Pflaster.	Pflaster.
Pferd.	Perd.
Kropff.	Krop.
Pfahl.	Pahl.
Stampfen.	Stampen.
Pflügen.	Plögen.
Stumpff.	Stump.
Pfanne.	Panne.
Pfüze.	Pütte.
Pflicht.	Plicht.
Stämpff-Wähl.	Stamp-Wähl.

Ecce

Ecce Misnicos sibilantes! ecce Saxones purè loquentes! Ut proinde sæpius laudatus Chytraus, Sævus licet ac è superiore oriundus Germania, veritatis vi coactus, non sine ratione, linguam nostram omnibus aliis Germaniæ dialectis videatur præferre, quando eandem, ob sibili istiusmodi fugam, cum Attica Græcorum comparans, videmus, inquit, apud Græcos quoquè linguam, quæ ceteris Dialectis habita est elegantior, nimirum Atticam, ratione literæ Tau, quâ illi pro Sigma utebantur, non parum cum nostra hac cognationis, aut saltem similitudinis habuisse (1). Adeoque nec puritatis laus nostræ denegari potest linguæ. Non igitur, nisi injustè, à nobis negligi atquè contemni, aut aliis posthaberi potest.

(1) in præf. cit.

§. XVII.

Accedit ad hæc alia, quam nostra sibi lingua præ Misnica vendicat, prærogativa, in pronuntiatione magis clara & distincta, indeque suavitate non minori gaudente, consistens. Bone DEUS! quantam non in superioris Germaniæ incolis deprehendimus elocutionis diversitatem, quam ingratam interdum planeq; inamœnam svadam! Quod si cuiquam simpliciorum inter nos liceret Misnicum quendam cum Bavaro aut Austriaco, aut hunc cum Svevo, Franco, Palatino-Rhenano, Thuringo, alibive locorum in superiori Germania nato colloquentes audire, juraret certè, se nescire, Germanine sint omnes, an verò diversarum gentium homines? Adeò scilicet in pronuntiatione discrepantes. Verissimè fanè Laurenbergius nostras (1):

Wenn man reiset in neuen Ländern/  
So höret man die Sprachen sich verändern/  
In der Pfalz / Schwaben / Schweiz un Thüringen/  
Gar unterschiedlich se ere Achrede bringen.  
De elne ys uth einem halven Bate /  
De ander künbt nich wol eho mate /  
De ander syne Wort her mummelt un knüßet.  
Als hedde he dat Muel mit heten Vrie gefüllet.  
Men kan wol hören an eren Reden /  
Dat, en de Keckelreym nich ys geschneiden.

Ne autem putes, virum Saxonicum ex nimio in vernaculam suam affectu ita scripsisse, audias velim alium, qui ipse Francus, Hugonem de Trimberg, cujus apud B. Morhofium (2) hæcce leguntur:

Die Schwaben ihr Wörter spalten/

Die Francken ein Theil sie falten.

Die Bayern sie zuerren/

Die Oßringen sie aufsperrn.

Die Sachsen sie underzücken/

Die Rheinländer sie underdrücken.

Die Wederauwer sie würgen /

Die Meißener sie wol außschürgen.

Egerland die Wörter schwencken/

Steierland sie daß lencken/

Oßterland sie schrecken/

Bernchen ein Theil sie sencken.

— Z und R und R

Sind von den Francken fern

Un manches Wortes enden.

Quodquæ hi de superioris Germaniæ hominibus in communi, idem: ipsum de Misnensibus in specie asseverat Scioppius, dicendo Misnenses optimis ac probatissimis vocabulis ac phrasibus utuntur: quamvis in pronunciandis diphthongis ac consonantibus nonnullis, risum ceteris Germanis merito debeant, v. gr. cum dicunt: *Hecht* / pro *Haupt* / *Zeeberer* pro *Zauberer* / *Jodt* pro *Gott* / *Gar* pro *Jahr*. *Jott* jeb euch ein gutes neues *gar* / pro, *Gott* geb euch ein gutes neues *Jahr* (3). Unicum hac vice sufficiat adduxisse exemplum malæ & indistinctæ pronunciationis in omnibus ferè Misnicorum sermonibus obvium. Quem mihi eorum dabis accuratâ elocutione literas B. & P. item D. & T. distinguentem? Sanè vel plurimi eas inter se literas ita nonnunquam confundunt, ut alius planè ex illorum sermone sensus fabricari queat. Nihil hæc de veterum hac in re commissis erroribus etiam in scriptione dicam, utpote qui legenti illorum Scripta nauseam ferè excitare apti sunt. Dum alia non ad manus sunt, licitum erit exemplum unum alterumve transcripsisse ex vetustissimo quodam S. Bibliorum Codice MSCto de Anno 1458., quem in instructissima & rarissimis libris referendissima Bibliotheca Summè Venerab. DN. D. MAYERI,

Patroni nostri submisſe colendi, haud ita pridem Gryphiswaldia  
 videre nobis felicitas contigit, cujus & excerpta ipſe DN. Poſſeſſor  
 alicubi (4) exhibuit. Ita autem incipit: Sie hebt ſich an das  
 Puech der Geſchöpff. In dem erſten Anſtand beſchuef Gott  
 hymnreich und Erdreich. Dy Erd lag lähr/ plos und unfrucht-  
 par/ mit trüeber vinſter was ſy pedackht von grund auff. Plura  
 ex eo iſtiusmodi adducere exempla poſſemus, niſi in ejuſmodi  
 citatis brevitati ſtudentum duceremus. Ideo nonnulla tantum  
 verba ſeorſim excerpta cum genuina orthographia conferemus.  
 Ita ſcripſiſſe deprehenditur geporen pro geböhren; Vett pro Bet-  
 te; piſt pro biſt; pringt pro bringt; ich pitt pro ich bit; Pawm  
 pro Baum; verpiten pro verbieten; petrogen pro betrogen; zu-  
 prechen pro zubrechen; Gepott item Pott pro Gebot; pekennt  
 pro bekant; pat pro baht; pegehren pro begehren; Paumung  
 pro Erbarmung; peſtrichen pro beſtrichen. Sed à veteribus reverſi  
 videamus quid hodiernum adhuc apud Miſnicos fiat. Quilibet  
 ſanè, ut in illorum ſcriptis, ita cum primis in pronuntiatione hoc  
 in illis minus accuratè atque confuſè elocutionis & orthographiæ  
 obſervabit vitium. Hoc ipſum etiam in cauſa eſt, quod accuratiores  
 inter eosdem, qui quavis ratione, per præcepta hanc in rem pu-  
 blicata, illum ex conſuetudine in alteram quaſi naturam con-  
 verſum errorem popularibus ſuis evellere, quanquam fruſtra, cu-  
 piunt; habeamus reos conſitentes. Audi, ſi placet, novissi-  
 mum quendam Scriptorem (5), qui, poſtquam de illa inter D. &  
 T., item inter B. & P. differentia obſervanda egerat, hanc ſub-  
 jungit querelam: Wiewohl ſich ihrer viel (cur autem non omnes?)  
 ſo übel gewehnet haben / daß ſie dieſen höchſt nöthigen und nützlichen  
 Unterſcheid entweder gar nicht oder ſelten in acht nehmen. Daher  
 man ſich auch hernachmahls nicht verwundern darff / wenn ſie in  
 ihren Schriſten T. vor D. oder B. vor P. ſetzen. Neque hæc  
 harum literarum confuſio, etiam quando latina loquuntur, ab illis  
 evitari poteſt. Inde ſæpè factum deprehendimus alium planè  
 ſenſum ex eorum ſcriptis hauriri, quàm autores intenderant.  
 Ecquis vero linguæ noſtræ noſtræque pronuntiationi hanc dicam  
 ſcribere audeat? In confeſſo planè eſt, nos & quibusvis literis de-  
 bitum

bitum suum accuratè assignare tonum, & quæcunque à nobis scribuntur orthographicè scribi. Emphatica sunt, quæ pro hacce veritate, de qua per totum locuti sumus, ex parte tam Saxonum, quàm Misnicorum stabilienda commentatur supra jam laudatus Alb. Cranzius (6), quæ ut huc integra transcribantur, ipsa videtur rei ratio postulare. Sic autem ait: *Lingua Saxonum utique, si ad lucem veritatis res inspicatur, sola servat sinceritatem suæ vocalitatis, ut verba omnia puro sono denunciet, non inversa stridoribus, non contorta diphthongis; quomodo Francorum, (Germanos, non Gallos, dico) Sævorum, Bavarorum, Australium, in quorum stridoribus Hunnos, Avaros, & reliquos Barbaros, qui illis diu incubuere provincis, audire mihi videor, cum fremunt potius quàm eloquantur, eadem quidem quæ & nos verba, sed tartareo sono contorta, stridoribus immixta, & multis diphthongis dissonantia, proloquuntur. Ex his igitur judicent iterum cives nostri, quàm ineptè, quàm injustè, maternam suam linguam Misnicæ postponant, ac ut vilem negligant atque contemnant.*

- (1) in den Scherzgedichten pag. m. 94. sq. (2) im Unterrichts P. III. cap. 2. pag. 441. (3) ex Consultat. pag. 28. ap. Morhof. l. c. p. 436. (4) in Hist. Vers. Germ. Bibl. Lutheri pag. 173. & passim. (5) M. H. in der Anleitung zur Deutschen Orthographie, hoc anno Dresdæ edita, Sect. I. cap. II. §. 4. (6) lib. I. Saxon. c. I.

### §. XVIII.

Quid verò de illa, quæ in eadem latet, viros decente gravitate videtur? An quæ Misnicam comitatur, majorem esse dicemus? Quid de illa, quæ nitet, elegantia? an omni planè eam exutam dicemus? Equidem, cum nativam illi gravitatem pariter ac elegantiam non solum non ad altius perfectionis cùlmen evehi, sed maximam partem ab eam loquentibus supprimi videamus, sat prægantes conquerendi causas habemus. Quis verò ex hinc hæc lingvæ nòstræ virtutes in esse inficias ibit? An ideo quis Ebrææ ac Græcæ lingvis suas denegabit prærogativas, suas elegantias, quod Scholasticorum temporibus eas ignoratus & vel peritus suffocatas legimus? An quisquam ideo splendorem Soli meridiano



denegabit, quod corpus ejus nubibus obtectum à nobis non conspicitur? Et an quis ideò linguam nostram gravitate & elegantia conspicuam inficiabitur, quod superstitiosa ex negligentia eam non omnibus modis promovemus atque excolimus? Sufficit hæc in eadem deprehendi virtutes, dummodò unum alterumve eandem masculè ac eleganter loquentem audiverimus; id quod inter moratioris ac politiores versanti non obvenire non potest. Argumentum hoc laudatus toties & adhuc laudandus Chytræus (1) mirificè illustrat, quando ita fatur: *Etiamsi ea (lingva Cimbrica & Saxonica) nonnullis duriuscula videatur, qui propterea alieno ferè idiomate utuntur; aut saltem idiomata miserè commiscet; tamen certum est, si quis hac ipsa, de qua jam agimus, lingua rectè & concinnè utatur; & ita quidem, ut vox ipsa & pronuntiatio suavitate suâ non destituatur; hujusmodi eam esse, quæ & cum plerisque aliis Germanicæ lingvæ idiomatibus certare, nonnullisq; etiam non immerito possit præferri. Quod ipsum, sat scio, omnes id verum esse unâ mecum confitebuntur, qui aliquando aut matrone alicui, vel etiam virgini nobili, hoc ipso idiomate, vel in Cimbria, vel in Saxonia, præutenti, & de rebus etiam quotidianis prudenter loquenti, attente auscultaverunt; & cum ejus oratione, aliorum idiomatum vel sibilos, vel status, vel hiatus, vel nescio quas ineptias contulerint. Lubens jam alias linguam nostram nobis præ Misnica commendantes prætereo rationes, utpote, Germaniæ superioris dialectos omnes (cum Chytræo nostro (2) iterum loquor) à vocabulis rei navalis & instrumentorum nauticorum, quibus ejus loci homines non indigent, planè inopes esse; quin & aliorum vocabulorum nobis notissimorum apud se defectum confiteri habere. Nescio proinde, anne stultitiæ accusari homines nostri queant, dum linguam aliquam affectant, quæ ne quidem necessaria, quibus nobis utendum, instrumenta exprimere valet. Sed præter hæc, velut singulare quiddam & Saxoniz inferioris incolis haud ingloriosum, omitendum minimè videtur, quod conterranei nostri, etiamsi parum cum Misnensibus versati, æquæ eleganter ac in ipsa Misnia nati & eloqui valeant & scribere superioris Germaniz dialectos. Unicum exempli loco in medium produco Christ. Schriverum, illum tot aureorum scriptorum Scriptorem, ut doctissimum; ita pientissimum qui, licet Rendesburgi Holfatorum natus & educatus, ab infantia*

fantia inde Saxonica dialecto fuerit usus, tantam sibi tamen in Misnico idioma, cum quoad summam puritatem, tum quoad elegantiam plane extraordinariam, comparasse perfectionem, ut & ipsos lingvæ illius non Cultores solum, sed & Magistros atque Criticos, scripta ejus legentes, habeat admiratores, non immerito judicatur. Ex adverso autem, si quisquam e superiori oriundus Germania ad nos accedens & vel per viginti aut ultra apud nos annos habitaverit, non tamen accurate dialecti nostræ indolem sive quoad pronunciationem sive quoad orthographicam scriptionem eum affecturum esse, testis omni exceptione major sat abunde probat experientia. Cur non igitur nosmetipsi linguam nostram in pretio haberemus? Forte videbimur aliis ipsam humanitatis indolem exultare, cum suam communiter cuique placet, nos vero nostra parvipendimus, linguamque nostram, ceu donum divinitus nobis concessum, summa cum injuria & vel ad stultitiam usque negligimus, dispicimus, contemnimus.

(1) *in cit. pref. ad Nomenclat. Latino-Sax.*, (2) *loc. cit.*

### §. XIX.

Et si vel maxime hætenus relatis, quibus certissime præ iis, quas superior loquitur Germania, gaudet, prærogativis destitueretur lingua nostra; ex ea tamen ratione non negligendam apud nos esse eandem censeo, quoniam hancce præ Misnica homines simpliciores in communi & civili vita melius intelligunt atque callent. Cum enim sermo quotidianus communis est interpres animi, quo aliis nostram indigitare solemus mentem, quo gaudium, quo dolorem, quo reliquos contestamur affectus, quo denique aliis, quæ nobis necessaria, utilia aut nocia sunt, exponimus, quo sublato omnis humana societas corruat, necesse est; quid, quæso, simplicioribus inter nos solatii in tristitia, quid delectationis in gaudio, quid subsidii in angustiis, quid auxilii in periculis à nobis supererit, si illis suam nos alloquentibus lingua aliâ ipsis ignotâ responderemus? Sanè, cum animus mala præ bonis facilius præfagit, illi vel majora adhuc sibi in ærumnis suis mala à nobis, quam bona, imprecari, suspicabuntur. Finge tibi hominem in Gallis

natum, qui præter vernaculam suam nullam calleat linguam, vi  
 fatorum ad nostras delatum terras: finge illum heic locorum ca-  
 su aliquo in morbum incidisse vehementissimum; nonne illum,  
 omnes in se conspirare fatorum infelicitates, judicaturum credis?  
 Certe vel ipse, si hic esses, non aliter sentiret. Nam linguæ ab  
 utraque parte ignorantia prohibebit, quò minus eâ, qua par est,  
 ratione illi officia ægrotis præstanda exhiberi queant. Quamvis ve-  
 rò non tantum nos inter & Misnicos, ac inter Gallos atque Germa-  
 nos, quantum ad lingvas, statuat differentia; illud tamen in hoc  
 lingvarum apud nos divortio temporum successu metuendum vi-  
 detur periculum, homines saltem simpliciores suam constanter ser-  
 vantes vernaculam Saxoniam, ubi Misnicam in posterum præva-  
 luerit magis, eadem sibi fata, quæ peregrinos apud nos manent, omi-  
 nari posse, cum illi, præsertim ab urbibus longius remoti, Misnicæ pa-  
 rum habeant rationis notitiæve, Misnicophili verò Saxones nostri,  
 quæ ipsorum malefana dementia est, pudori sibi ducant Saxoniam  
 dialectum adhibere. At qui dixi, non adeò multum discriminis in-  
 ter Germaniæ superioris inferiorisque Saxoniam lingvas intercedere?  
 Sanè permultæ in utraque occurrunt loquendi formulæ, quas alteru-  
 tri tantum ad se vetus ex altera intelligere nequit, nisi promptissimo  
 præditus divinandi spiritu fuerit. Si eveniret, scæminam è Misnia ori-  
 undam in his terris vitam degentem linguæ autem nostræ penitus  
 adhuc ignaram ex rudi Mecklenburgensi rustico sciscitari: numne  
 infantem suum alicubi obambulantem vidisset? ille verò eidem re-  
 sponderet: *Juwe Gvr sit dar jünnert im Katen achter de Dünsen. Dvr  
 un befft sich de Kect gang blaag mit Bulgraven beschmert; quemnam  
 ea sibi horum verborum conceptura sensum esset? Ita si villicus  
 quispiam rusticum hisce alloqueretur verbis: Gehe mit der Worf-  
 schauffel auff die Tenne/und woffle das Getreyde/das es von der Spreu  
 gesaubert werde; eum jussa, utpote non intellecta, non executurum,  
 sed vel nihil, vel quidquam aliud acturū, spondere vellem. Verum  
 disconvenientiam utriusque linguæ, sive verba spectes sive integras  
 phrasas, ulterius monstrandi infra dabitur occasio. Interim ex  
 hisce adverti jamjam potest, quàm necessarium sit ad civilem cū sim-  
 plicioribus conversationem, linguam nostram erga eos usurpari. Un-  
 de*

de quoq; illud hodiernorum rusticis Præfectorū institutum minime probari potest, cum simplicibus illis ac rudibus hominib9, quicquid proponunt, lingvâ Misnicâ proponunt. Ex quo, quantæ interdum oriri possint vel in ipsamet ipsorum conscientiâ turbæ, unicum illud, ab amico quodam mihi relatum, testatur exemplum, qui suis se auribus audivisse, rusticum quendam in juramento, ipsi lingvâ Misnicâ prælecto, præstando particulam: *Solchemnach*, nequidem, quantum etiam conatus fuerit vel ternâ vice, clarè pronuciare potuisse, commemorabat. An autem quam pronuciare non poterat, eum intellexisse vocem credideris? Cujus sanè commemoratio nulli non scrupulum injicere apta, an juramentum illud abs rustico illo legitime præstitum sit, nec ne? Intelliges jam, arbitror, quid civili vitæ iste contemptus lingvæ nostræ atque neglectus commodi afferat. Quas ejusmodi difficultates & incommoda quælibet alia facillimè evitari posse, apertè videmus, si modò antiquam nostram Saxoniam salvam puram & illabatam retineremus.

§. XX.

Ecce verò aliud longè gravius & vel ipsam animarum salutem propius attingens ex invec̄ta in regiones hæc lingvâ Misnicâ periculum! Quàm necessaria sit lingvarum Ecclesiæ Ministros inter & auditores harmonia, quò alter alterius sensum perfectè assequi queat, vel me tacente cuique satis constabit. Si enim Minister Ecclesiæ alia utitur lingvâ ac Laicus, quomodo ille hunc in veritate cœlesti de cathedra informare, quomodo confidentem peccata intelligere, quomodo in tentatione, in morbis, in agone constitutum erigere aut consolari; quomodo etiam hic illum loquentem intelligere, quomodo fidei fundamenta ex ejus ore haurire, quomodo solamina in calamitatibus suis ab eo accipere, quomodo peccatorum absolutionem percipere sibiq; applicare poterit? Certè, neutrum illorum finem, quem intenderrat, consecuturum esse, tam certum est, quàm quod certissimum. Jam verò, si quis harum terrarum Ecclesias, præcipuè rurales, inspiceret, simpliciorum ad verbum DEI, lingvâ Misnicâ à Concionatoribus prædicatum, attentionem accuratius observans, postmodum

modum illos; data occasione, non nihil examinaret, eum vel plurimos illorum ex lingvæ ignorantia ignaros quoque rerum pro suggestu tractatarum offensurum esse, nullum mihi dubium superest. In patria mea homines plebeji Danicâ utuntur, ceu vulgari & quotidianâ, lingvâ. Nihilominus in conventibus Ecclesiasticis Misnicas audis haberi conciones plerasque. Quis autem earum promittendus fructus? quæ sperandâ ædificatio? Et quid de aliis rudiores in Christianismo informandi usitatis apud nos modis dicemus? De Catechisationibus, quæ in urbibus vel etiam in pagis abs Ecclesiæ Ministris instituuntur, hac quidem vice verba non faciemus; an verò suum, quem oportebat, apud omnes obtineat scopum illa, quæ ab Ædituis aliisve scholarum rusticarum moderatoribus inter nos instituitur, institutio puerorum à simplicibus rusticis progenitorum in eademque simplicitate educatorum? valdè dubitandi non unam habemus causam. Catechismum, illam totius Legis & Evangelii epitomen, de verbo ad verbum, qui unum alterumve verbulum Misnicum antea vix audiverunt, in Misnica lingva memoriæ mandare jubentur. Verum non paucâ inibi etiam continentur voces, quarum nec sensum habere nec intelligentiam possunt, utpote quæ ipsis vix semel ante auditâ oppidoque ignorâ, licet aliarum aliquid sit cum nostra lingua convenientiâ. In sola Decalogi explicatione B. Lutheri hæc habentur rudi plebi ac cum primis junioribus minimè nota vocabula, præcepto 2. zaubern / pro tsbern; præc. 4. gehorchen / pro gehorsam wesen; præc. 5. fördern / pro syn beste sôcken; præc. 6. Gemahl / pro Mann edder Wyff; præc. 8. afferreden / pro achter klappen; bösen Leumund machen / pro verblönden; præc. 9. förderlich / pro hehülplich; præc. 10. abspannen / pro affbrüden; in conclusione: heimsuchen / pro tho Hues sôcken. Invaluit in plerisque trivialibus scholis consuetudo, quod pueri latina docendi Grammaticam Latinam discere debeant; quàm autem ineptè id fiat, rerum periti non unâ duntaxat vice indicarunt atque conquesti sunt. Quàm enim hoc pacto tenella puerorum memoria oneretur, dici vix potest. Absurdissimum autem omnium est, quod Latinam lingvam nescientes Grammaticam, ejus lingvæ fun-

fundamentum, in eadem conceptam lingua memoriae imprimere tenentur. Quid namque regulæ istæ sibi velint, nondum intelligunt. Ut ovum ovo, sic istis institutis quàm simillimum est, quando rusticorum filii in Misnica lingua vel Catechismum docentur, vel conciones sacras auscultant. Dubius hæreo, annon idem de illis meritò pronuciari queat, quod Josephus Acosta, (1) apud B. Siricium, (2) de perverso illo Jesuitarum Hispanorum Americanos convertendi modo scribit: *Recitatur bis terve in hebdomade (vel quotidie) Symbolum (seu Catechismus) Hispanico (Misnico) idiomate, ceteræque orationes eodem modo; jubentur deinde Hispanica (Misnica) isthæc ediscere, ac memoriter recitare, quorum ne Syllabam quidem intelligunt & pronunciant ridiculè. Vulgaris ac tritus tradendæ doctrinæ iste est modus.* Licet quidem non negem, esse & inter nos, etiam quos simpliciores existimamus, qui linguæ Misnicæ, quantum ad hoc, satis gnari, suam ex auditu in eadem prolati verbi confirment fidem: tutius tamen & majori cum fiducia omnium promoveri animarum salutem, si, quæ omnibus vernacula est, Saxonica in terrarum harum Ecclesiis, ut olim, adhibeatur, omnes mecum, spero, confitebuntur. Quod quamdiu non fit, in Pastores paganos citra omne dubium quadrare illud Apostoli potest: *Quin & inanimata vocem reddentia, sive tibia, sive cithara, nisi distinctionem sonis dederint, quomodo cognoscetur, quod tibiâ canitur aut citharâ? Etenim si incertam vocem tuba dederit, quis apparabitur ad bellum? Sic & vos per linguam nisi significantem sermonem dederitis, quomodo intelligetur quid dicitur? eritis enim in aërem loquentes. Itaque si nesciero vim vocis, ero ei qui loquitur, barbarus: & qui loquitur, apud me barbarus. 1. Cor. XIV. 7. 8. 9. & 11.* Tutissimum proinde erit, ad vulgum quando sacri sermones faciendi, cum vulgo loqui. Non enim eruditis, sed indoctis, simplicibus, rudibus, ne micam quidem sapientiæ habentibus concionemur, oportet. Horum quærenda est ædificatio, quam lingua imperfectè duntaxat cognita parere haud valet.

(1) de procuranda Judæorum salute lib. IV. cap. 3. p. m. 318. (2) in A. de damnatione Papatus Apolog. prior. Cap. XII. §. 199. pag. 41.

Et idem planè, si fortè non pejus, Ecclesias nostras & in iis simpliciores homines manere fatum ac infortunium, quando S. Bibliorum versionem Germanicam in Misnica lingua consideramus, nulli, credo, ignotum erit. Posteaquam enim illa unà cum aliis Misnicis libris in Saxoniam nostram intrusa præque vernacula versione commendata nostris fuit Laicis, Christianismum apud plebejos majora decrementa, incrementa verò minora expertum esse, asserere minimè vereor. Quis enim, quæso, in Bibliis legendis & ad usum applicandis fervor, quod studium esse potest, ubi singulorum prius vocabulorum mihi ignotorum significationem vel cum tædio hariolari teneor, quàm ipsum contextum intelligere possum? Equidem concedendum erit, linguam hodiè Misnicam, apud politiores maxime, ita nostris in terris esse excultam, ut facili etiam negotio Biblia Misnica intelligere valeant; interim tamen certissimum non minus est, hodiernum quoque nos inter, non simpliciores tantum, verum & cultiores aliquando, reperiri, quibus in versione Misnica planè ignota quædam occurrunt vocabula; cum è contrario in Saxonica eadem Scripturæ loca sunt intellectu omnibus quàm facillima. Potissimum autem de agresti, rudi ac indocili plebe intellecta hæc sunt, cujus ex cœtu plurimis inculta sunt longaque rubigine læsa ingenia. Eos Scripturam Misnicè translata legentes non omnium habere locorum sensum posse, tantum abest ut dubitem, ut potiùs expertus illud fuerim. Novi hominem quendam in majori aliqua & politis incolis abundante urbe natum, ob famulitium, quod præstabat, cum honestis Viris à teneris fermè versatum, sed juxta verè simplicem, qui, legens aliquando Caput III. Evang. Matthæi, cùm ad v. 12. pervenerat ejusque verba: Er wird seine Denne seggen; interrogatus, num etiam, quid vox illa: eine Denne/ sibi velit, intelligeret? illicò respondebat: Wat scholl ick dat nich wesen/ dat is ein Dannenboem. Absurdus planè, quem sibi formaverat, verborum conceptus! Quin & multi multò adhuc absurdiores nonnunquam sibi confingant locorum Scripturæ sensus

si

fus; non tam; quæ in illis est, iudicii ruditas, quam lingvæ Mis-  
 snica ignorantia dubitare haud permittit. Annè verò hoc satis  
 causæ est, ut Saxonica versio, præ alterâ, Saxonibus nostris sum-  
 mo commendetur opere, ne dicam legenda obtrudatur? Et cur  
 non commendanda? Accurata satis est, Originali Textui non  
 minus apprimè respondens. Quid? quod nonnullis in locis e-  
 undem majori & cum convenientia & cum emphasi exprimere  
 deprehensa nobis fuerit. Operæ ducimus nos pretium facturos,  
 si & hoc rei exemplis demonstraverimus. Contulimus autem  
 inter se Misnicam & Saxonicam versiones, quoad hanc in pau-  
 cissimis usi ea, quæ à Nicolao de Lyra cum Notis adornata;  
 plerumquè autem eâ, quæ, referente B. Bugenhagio, (1) ad vo-  
 luntatem ipsius B. Lutheri, juxta novissimam ejus emendatio-  
 nem de Anno 1541. translata, Wittebergæ A. 1565. cum Anno-  
 tationibus Bugenhagenianis impressa. Has autem observare differ-  
 rentias nobis licuit:

Gen. 1.2. Und die Erde war wüst und leer.  
 Und es war finster auff der Tiefe.

9. Es sammte sich das Wasser unter dem  
 Himmel an sondere Dertter.

11. Es lasse die Erde aufgehen Graß und  
 Kraut / das sich besame / und fruchtbare  
 Bäume / da ein jeglicher nach seiner Art  
 Frucht trage / und habe seinen eigenen  
 Samen bey ihm selbst / auff Erden.

20. Es errege sich das Wasser.

21. Ein jegliches nach seiner Art.

24. Die Erde bringe hersüe lebendige  
 Thier / ein jegliches nach seiner Art /  
 Vieh / Gewürm / und Thier auff Erden /  
 ein jegliches nach seiner Art.

11. 1. Also ward vollendet.

6. Sengtet alles Land.

Jodoch de erde was ydel / unde was ledich.  
 Unde ydt was düster up de Düpe.

De Watere de onder dem Himmelle sind/  
 scholen werden gesammelt in ene Stede.  
 אֶל-מָקוֹם אֶחָד.

De Erde schall groeyen bloyende Krud :  
 dat dar saed makende ward / unde Bome  
 de de Appel dregghen un sy vruchtma-  
 kende na seiner Art. Des sin Saed in sich  
 sülvem sy uppe der Erden.

Dat Water rege sich up.

Da seiner Tellinghe.

De Erde voerbringhe lebendige Der-  
 te in erer Runne : arbeydende Bee un  
 Krupende Dere. Unde unredelste Bee-  
 ste der Erden nach erer Staltynge.

Also wurd vollenbracht.

Dede vuchtmakende dat bouenste der erde.  
 וְהִשְׁקָה אֶת-כָּל-פְּנֵי הָאָרֶץ.



7. Gott der Herr machte den Menschen  
aus dem Erdenloß.

8. Gott der Herr pflanzet einen Gar-  
ten in Eden.

23. Das ist doch Wein von meinem Wein.  
W. 12. Das Weib das du mir zugesellet  
hast.

Exod. XXV. 7. Zum Leibrock und zum  
Schildlein.

38. Lichtschneuzen und Löschnäpfe.  
XXIX. 26. Solts für dem Herrn weben.  
Levit. II. 14. Sagen.

IV. 3. Einen jungen Farn bringen.

XI. 13. 14. Den Adler / den Fische / den  
Seyer.

17. Das Reuzlein / den Hahu.

18. 19. Die Rohrdommel / den Storch.

26. Das Klauen hat / und spaltet sie nicht.

27. Alles was auff Lappen gehet.

29. Die Wiesel / die Kröte.

30. Der Fzel / die Eyder / die Blindschleich /  
und der Maulwurf.

XIII. 37. Ist für Augen der Blind still ge-  
standen / und salb Haar daselbst auf-  
gangen.

42. So ist ihm Nussatz an der Blase.

XVI. 4. Leinen Niederwad.

12. Ein Napff voll Gluth.

XVIII. 15. Deiner Schnur Scham.

XIX. 28. Buchstaben an euch pfehen.

Ruth. II. 1. Ein weiblicher Mann.

14. Tüncke deinen Bissen in den Epig.

Zur Seiten der Schnitter.

1. Sam. XXI. 13. Er kollerte.

2. Sam. V. 24. Auff den Wipfeln der Maul-  
beerbäume.

Zane dich.

Job. I. 4. Machten Wolleben.

15. Ich bin allein entrinnen.

Gott de Here make de den Menschen uth  
dem Erdenklumpz. juxta Lyram; uth  
dem Ghyne der Erden.

אֶת-הָאָדָמָה עָפַר מִן-הָאָרָצָה

Gott de H Ere hadde geplantet een Pa-  
radys des Wollustes. 1772. conf. Gen.  
VIII. 12.

Dat ys doch ein Knacke van mynen Knacke.  
Dat Wyff dat du my heffst tho gegeven.  
(Juxta Lyram; nu ene Kumpenschen.)  
Thom Eyrocke unde thom Vorstlappen.

Nichtsheren unde Dempehörne.

Schalt se vor dem Heren bewegen.

Versegede Ahren.

Einen jungen Dffen bringen.

Den Arui / de Mewen / de Gyren.

De Steynulen / den Schuffut.

Den Wördump / den Noebar.

Dat Klauen hefft / und klüvet se nich.

Allent wat up Poten gheit.

Dat Weselken / de Wadepogge.

De Swynegel / de Egednyffe / de Blendes  
linck / unde de Wyndeworp.

Is vdr Dgen de Schorff stille stande ble-  
ven / unde ys darfürvest vahl Haar up-  
geghan.

So ys em Nchsetzigeit an de Blesen.

Lynen Redderlede.

Eine Panne vuil glühender Kalen.

Dynes Ebns Frouwen Scheemde.

Böckstaben an yuw Houwen.

Ein rebelick unde vermögen Man.

Wefe dynen beten ynn den Etick.

Ther Eyden der Meyers.

He stelde sich / also efft he nich wyß were.

Up den Zwyggen der Mulberböme.

Wes frisch.

Makeden Gastebodt.

Ich bin allene entlophen.

- II. 5. Was giltz.  
 8. Und er nam einen Scherben / und  
 schabet sich.  
 III. 3. Es ist ein Männlein empfangen.  
 9. In ihrer Demmerung.  
 Die Augenbrün der Morgenröthe.  
 IV. 3. Lasse Hände.  
 5. Nun wirstu welsch.  
 11. Die Jungen der Edwinnen.  
 V. 7. Empohr aufstiegen.  
 14. Lappen im Mittage.  
 18. Denn er verlegt / er zuschmeißt.  
 VI. 4. Die Schrecknisse Gottes.  
 7. Was meiner Seelen wiederte.  
 11. Das ich möge beharren.  
 17. Wenn es helf wold / werden sie ver-  
 gehen von Ihrer Stäte.  
 19. Auf die Pfaten.  
 25. Warhimb tadelst ihr.  
 27. Ihr grabet Gruben.  
 IX. 9. Die Glucken.  
 XIV. 7. Schößlinge.  
 XXIX. 10. Ihre Zunge an ihrem Gaumen  
 flebete.  
 XXXIX. 13. Die Furchen zu machen / das  
 es hinter dir broche.  
 31. Er bleibt auff den Rippen.  
 Esa. I. 31. Wenn der Schutz wird seyn wie  
 Wera.  
 III. 9. Ihr Wesen hat sie kein Heel.  
 16. Sie treten einher und Schwänzen.  
 20. Die Bisem Nepsel.  
 22. Die Mäntel. (sc. der Franen.)  
 23. Die Koller.  
 V. 2. Edele Neben.  
 Er brachte Heerlinge.  
 Eine Kelter.  
 29. Den Raub erhaschen.  
 X. 16. Die Darre.  
 XI. 9. Man wird nirgend Bezen.  
 XVI. 6. Die Wasser versiegen.  
 XVII. 6. Oben in dem Wipfel.

Und den Kaltin seen.  
 Un he nahm ein Stücke von einem Potter  
 und schabede sich.  
 Ein Venken empfangen.  
 In erer Dageringe.  
 Dath Umbreket der Morgenröde.  
 Röde Hende.  
 Nu werstu verzaget.  
 Des Louwen Wölpe.  
 In de hōgebe tho flegende.  
 Lassen ym Middoge.  
 Wente he verwundet / he thosleit.  
 De Vorveeringhe Gades.  
 Wath myner Selen tho weddern was.  
 Dat icl könne bestendich blyven.  
 Wenn ydt heth werd / scölen se smölten van  
 erer Stede.  
 Up de Stighe.  
 Worümme straffe gy.  
 Gy graven Kulen.  
 Dat Edven Sterne.  
 Spruttelen.  
 Ere Zunge an ere Gagel flevede.  
 De Varen tho maken / dath ydt achter die  
 pldge.  
 He blifft up den Steen. Klippen.  
 Wenn de Beschüttinge ward syn also Hede.  
 Se gebrucken ere wesent apenbar.  
 Se treden her unde Weiderkeren.  
 De Desem Knöpe.  
 De Hoysene.  
 De Schdrtelddke.  
 Eddele Wynrancken.  
 He brachte wylde Drüve.  
 Ene Wynparse.  
 Den Röss ergrepen.  
 De goldende Sücke.  
 Men werdnergen vorsfergen.  
 De Water verdrögen.  
 Baven in dem Polle.

54  
 XIX.10. Die da Hälter haben.  
 XXI.10. Meine liebe Tenne / da ich auff  
 dresche.  
 XXXIX.7. Sie köcken die Urtheil heraus.  
 XXXVI.12. Ihren Harn sauffen.  
 XXXVIII.14. Ich winselt wie ein Kranich.  
 XLI.15. Du solt Berge zumalmen und die  
 Hügel wie Spreu machen.  
 19. Ich will in der Wüsten geben Foh-  
 ren und Riffern.  
 LVIII.12. Für und für.  
 Der die Lücken verkümet.  
 ZIX.10. Als in der Dämmerung.  
 11. Wir ehzen wie die Tauben / denn wir  
 harren auff's Recht.  
 Mich. IV.10. Leidt doch solch Wehe / und  
 kröche.  
 Matth. I.18. Die Gebuhr Christi war al-  
 so gethan.  
 Ehe er sie heimholet.  
 19. Er wolt sie nicht rügen.  
 24. Dein Gemahl.  
 Einen Sohn gebehren.  
 23. Das ist verdolmetschet.  
 pasim vierzehn Glied.  
 II.6. Mit nichten.  
 7. Da berief Herodes die Weisen heimlich  
 III.4. Henschrecken.  
 7. Ihr Ottergesichte  
 IV.10. Hebe dich weg von mir.  
 21. Da er von bannen fürbas gieng.  
 Das sie ihre Nehe stickten.  
 V.9. Selig sind die Friedferdigen.  
 17. Ihr solt nicht wehnen.  
 VI.3. Laß deine Lincke Hand nicht wiffen.  
 5. An den Ecken auff den Gassen.  
 Si S. Codicem percurrere totum quis vellet, vel sexcenta alia &  
 plura, in quibus talismodi discrepantia habetur, inventum iri,  
 non est ut dubitemus. Hæc autem adducta sufficere possunt de-  
 monstrationi nostræ, non posse Saxones omnes Misnicam Bi-  
 blio.

De dar Hildevade hebben.  
 Dyne leve Dörschedele / dar ick uppe dörs-  
 sche.  
 Se bökken de Ordele herut.  
 Er egen Water supen.  
 Ick pyppede als en Erön.  
 Du schalt Berge thogrusen / unde de Hö-  
 vele also Raff maken.  
 Ick woll in de Wüstenye geven vären unde  
 vichten.  
 Yümmer unde yümmer.  
 De de Ketten vertünet.  
 Wisse in der Schemeringe.  
 Why pyppen also de Düven / wente wy wach-  
 ten upp't Recht.  
 Lyde doch solche Weedage / unde stene.  
 Vdt gyng mit de Geborth Christi also tho.  
 Ehr he se tho Hus halede.  
 He wolde se nich berüchtigen.  
 Dyne Frouwe.  
 Einen Söhne zelen.  
 Dath ys verdolmetschet.  
 Deertein Leede.  
 Renerlie Wyß.  
 Do eschebe Herodes de Wyfen hemeloken  
 Hausprinken.  
 Gy Alderngeschlecht.  
 Packe by van my wegh.  
 o he van dar vordan gync.  
 Dat se ere Rette loppeden.  
 Salich synt de Fredemakers.  
 εἰρηνοποιῶν.  
 Ohy schölen nich menen.  
 Lath dyne Luchter Hand nich toeten.  
 An den Orden up den Straten.

55

bliorum versionem exactè intelligere. Quidni igitur conduceret Saxoniam rursum introducere? ut non legere solum, sed intelligere quoque eam possint ad unum omnes. Quæ enim vulgo hominum proponenda, quo eorum capere sensum queant, verbis è media plebe desumptis concepta esse oportet.

§. XXII.

Quod de Bibliis Saxonice apud nos præferentis, idem illud de Libris Precationum dicendum iudicamus. Misnica simpliciores proferre verba soliti hodiè sunt, quid verò precentur ipsi sæpè ignorant. Pontificii fidem, ceu loquuntur, implicitam sufficere simplicibus contendunt, qua Christum esse mundi Redemptorem credere dicitur credens vera esse, quæ Ecclesia credit, utut ignoret, quænam illa sint, quæ credit Ecclesia. Fortè de nostris ruricolis aliisque non paucis dicendum erit, illos orare pro Ecclesiæ ac Reipublicæ salute, dum juxta præscriptam misnicè formulam precantur, quæ tota nostra Ecclesia precatur, etiamsi quæ ea sint cognitum non habeant. Acriter ex merito perstringitur ille Pontificiorum mos, quo indoctis sæminisque præcationum præscribuntur formulæ uti & cantilenæ in lingua penitus ipsis ignota, Latinâ, ediscenda ac postmodum recitanda; ut in proverbium illud apud nos abierit, cum dicitur: Er be tet es her / wie die Nonne den Psalter / i. e. sine sensu, sine intelligentia. Eccur autem ipsimet nos volumus, in Lingua ipsis ignota rudiores Saxones preces fundere? Misnicam illi non satis intelligunt, intelligente Saxonice, ad quem diriguntur, DEO illo omniscio. Nec ille, uti nos, quod benignitas ejus nobis largita, donum suum, linguam intelligo nostram, divinam illam Saxonice, contemnit. Neque divino Spiritu plenis præcationum formulis in lingua sua vernacula Majores nostri destituti erant, quibus nec nos destitueremur, si modo non ad eò frivole, ne dicam stolidè, linguam nostram despectui haberemus. Eodem modo, quantum ad hymnos attinet Ecclesiasticos, comparata res est. Brevitatis memor memoro nihil de in-

insigni eorundem, uti ingenere, ita inprimis in prima Lutheri Reformatione, vel ipsis confitentibus Adversariis, utilitate, quæ tanta, ut & ipsos veritatis hostes ad imitationem instigaverit; qua de re Celeb. DN. D. MAYERUS (1) præ cæteris conferri meretur. Neque de eo dicam, an recentius ad artem magis compositæ odæ tantum in Ecclesia ædificent, quantum vetustiores illæ & simplices & Spiritus plenæ? Id tamen ab omnibus mihi concessum iri spero, non pauca in Odariis nostris reperiri cantica, sive à Luthero ipso sive aliis ejus hac in re imitatoribus sat felicibus composita, quæ, quod rythmum spectat, consonantiam suam adhibitis ex nostra Saxonica vocabulis debent; imò multis in locis hymnos Misnicos, si justo gaudere rythmo dicendi sunt, ex Saxonica nostra corrigi necesse habere. Omnino quidem amplectimur illam Magnifici DN. D. FECHTII, Patroni ac Præceptoris nostri filiali observantiæ ætatem colendi, observationem: *Illo seculo, ubi vera pœsis Germanica adhuc ex Ecclesiis nostris exulabat, per Martinum Opitium demum proximo seculo inventa simul & ad culmen deducta, quolibet rythmo contenti erant & deformes etiam buccæ suos inveniebant amatores.*

(2) Sed, stante hac veritate, verum non minus remanet, quod, si tunc temporis elegantioris fuerint pœseos cultores sive non, lingvæ tamen nostræ præstantia exinde haud obscure elucescat. Reddam illorum, quæ jam scripsi, rationem. Rythmi purè Saxonici in hymnis deprehenduntur:

Wo Gott der Herr nicht bey etc. v. 3. Wie Meeres Wellen einerschlan. stahn.  
 Wacht auf ihr Christen alle etc. v. 6. Wolt da eu'r Augen auffschlan. stahn.  
 In sequentibus aut prior aut posterior Rythmi pars Saxonica est:  
 Ein Kindelein so löblich etc. v. 3. Das Christus hat genug gethan. ausgegahn.  
 Hilf Gott das mirs gelinge etc. v. 1. Das ich mag frölich heben an. bestahn.  
 Da Jesus an dem Creuze etc. v. 5. Nun mercket was das viert' Wort was. unterlaß.  
 O Herr Gott begnade mich etc. v. 1. Vor dir hab ich übel's gethan. bestahn.  
 Es ist das Heyl uns kommen etc. v. 14. Als wir auch unsern Schuldern thun. stahn.  
 Ich dancke dir lieber Herr etc. v. 7. Von deiner rechten Bahn. gahn.

Deni-

57

Denique quoad rythmum sequentes Oda in lingua Saxonica longè  
elegantius, ac in Misnica, sonant:

Von allen Menschen abgewandt etc. v. 1.

Wels' deine Weg D H Erre mir/

Wys dyne Weg D H Erre my/

Zu dir den Stelg mich lehre:

Tho dy den Styg my lehre:

In deiner Wahrheit leide mich/

In dyner Wahrheit leide my/

Denn du bist G Dtt mein H Erre/

Wente du bist Godt myn H Erre/

Mein Hell/ mein Trost/ mein Hülf un Rath/ Myn Hell un Trost / myn Hülp un Rath/

Darauff ich mich allzeit verlass. Darup ick my altydt vorlath.

v. 8. Dein Befehle lehv/ auferwehln (Damit ick my den Weg uthfähr/

v. 11. Aus meiner Noth mich rette (redde) nteder (nedder)

v. 12. Daß ich nicht werd beschämet (beschamet) Fromen (Framen.)

Aus meines Herzens Gr. v. 7. Darauff so sprech ich Amen. zusammen (thosamen.)

Wend ab deinen Zorn v. 1. lieber H Erre mit Gnaden. Wissenheiten (Wissedaden.)

H Erre Christ der ehlig G Dttes Sohn etc. v. 1. Vaters in Ewigkeit. steht (steit.)

Ein Kindelein so süßelich etc. v. 3. Von G Dtt dem ewigen (Vader) Hader.

Der Tag der ist so freudenreich etc. v. 1. Was geschach so wunderbarlich (wunderlich)

Himmelreich (Hemmelryck.)

Hilff G Dtt daß mirs gelunge etc. v. 9. Ins Grab ward er gelegt. gesagt (gesegt.)

G Dtt sey gelobet etc. v. 1. Und das heilige Bluth / (Bloth.) Noth.

Was kan uns kommen an etc. v. 2. Er fährt auff rechter Strassen / ((Straten) Baten.

Nimm von uns H Erre du treuer G Dtt v. 1. Noth (Nohd.)

v. 2. Denn so du H Erre den rechten Lohn/ Thun (Dohn.)

Ich G Dtt wie manches Herzeleypd etc. v. 3. Welch Wunderding hat man erfahren/

(gebohren (gebahren.)

Wacht auff ihr Christen etc. v. 2. Geld/Gut kan uns nicht baten/ verlassen (verlaten)

D H Erre G Dtt begnade mich etc. v. 3. D H Erre wollst in mir schaffen (schapen.)

(hoffen (hopen.)

Facillimo sanè negotio ejusmodi plures afferri possent oda, quæ  
vel accuratum rythmum à Saxonibus mutuatz sunt, vel etiam,  
ubi fallunt, ex nostra lingua corrigi opus habent, nisi hæc suffi-  
cere essent persuasus. Et hæc iterum iterumque linguam Saxo-  
niæ inferioris à civibus suis summa cum injuria negligi atq; con-  
temni evincunt,

H

(1) is

(1) *in Ecclesia Papæa Luther. Reform. Patrona & Cliente Part. II. cap. V. pag. 98. sqq.* (2) *Colleg. MSS. Hist Eccl. Seculi XVI. cap. XXIII. S. 3.*

### §. XXIII.

Hicce pro non negligendâ aut contemnendâ lingvâ Saxonica nobis vernaculâ allatis hactenus argumentis illud, quanquam ultimum, non tamen minus arduum adjungo, quod non pauci, sique utilissimi, in eâdem prostant libri, siue in sacra eos, siue in profanâ desideres literaturâ. Primam S. Bibliorum in vernaculam nostram translatorum injiciendam mihi mentionem esse, ipsa S. Codicis postulat reverentia. Quod autem jam antè Lutheri tempora Saxones hoc in negotio sese exhiberint diligentes, versionum jam tum editarum varietas abundè demonstrat, inter quas pervetusta illa Colonienfis, incerto tempore; & Lubecensis, Anno 1494. cum Notis Lyrae, editæ eminent, de quarum præstantia ac laudibus B Kortholtus (1) ut & Magn. Dn. D. Mayerus (2) consuli merentur. Nec erit, ut de aliis ad exemplar versionis Lutheri evulgatis in nostram lingvam translationibus, utpote Bugenhagii, Wolderi, Pomeranorum, ex mandato Seren. Ducis Bogislai, Anno 1588. impressis, hic multa addam, utpote quæ in multorum adhuc bibliothecis asservantur. Quod si vero in alia extra S. Literas inquirimus, Theologiæ purioris in Saxonica nostrâ concepta monumenta? commemorandus Scriptor sese primum offert Nicolaus Russius, Lutherane, i. e. orthodoxe & anti-papisticè antè Lutherum heic Rostochii docens; cujus libri Saxonica dialecto consignati tanto fuere in pretio habiti, ut eosdem in Misnicam se lingvam translaturum Flacius (3) promiserit. Neque tempora Lutheri reformationem vel comitantia vel subsequenta minus scriptorum fuerunt feracia. Videre forsitan quædam desideras in Theologiâ Dogmaticâ? Evolve Majorum nostrorum Confessiones & Catecheses; imò perlustra Constitutiones Ecclesiasticas Pomeranicas, Lubecenses, Hambur-

gen

genes, Joh. Bugenhagii, quæ hodiernum adhuc in Ecclesiis eorum locorum aliquibus strictim, aliquibus maximam partem observantur, præcipuorum fidei articulorum doctrinam continentes. Vis Theologiæ Polemicæ specimina? Ut multa taceam, legas, si placet, limatum ac solidissimum Ministerii quondam Tripolitani in causa Interimistica scriptum, Johanne Epino, Hamburgensium Superintendente, auctore, ceu Sleidanus, (4) Melch. Adami, (5) Freherus, (6) & alii testantur, sub titulo: *Bekentnisse und Erkleringe up dat Interim, dorch der Erbarn Stede / Lübeck / Hamborch / Lüneborch / Superintendenten / Pastorn und Predigere / tho Christliker und nöddiger Unterrichtinge gestellet*: editum. Magno in pretio tunc temporis ipsum habebatur, ut non in linguam solum Misnicam à Conr. Schlüsselburgio transfusum fuerit, sed & ipse Philippus Melanchthon ita illud probaverit, ut ejus solutiones pluris fecerit, quam suas, B. Chemnitio (7) ut & Königio (8) attestantibus. Simili præfulget gloria Nicolai Grysenii, apud Rostochienses olim V. D. Ministri, Tractatus verè Theologicus & fundamentalis, Anno 1593. editus, cui titulus: *SPEGEL des Antichristlichen Pawestdoms und Lutherischen Christendoms na Ordnung der V. Hvetstücke unsers Heil. Catechismi onderscheiden etc.* Dignus sanè, qui ob zelum & soliditatem suam vel in Misnicum hodiè, vel in Latinum transferretur sermonem. Non prolixus in recensendis Scriptis partim Exegeticis, partim Asceticis, abs Verbi tunc temporis Præconibus, tam super Pericopas Evangeliorum & Epistolarum, quàm alios Libros Biblicos, concinnatis, & lectu dignis, & non paucis. Et quis dubitat, in eadem Saxonica nostra quædam elegantioris literaturæ elaborata extare monumenta ingeniorum? Ut alia silentio præteream, occurrit statim, dignissima, quæ hic adducatur, Biographia primi Rostochiensium Evangelistæ, Joach. Slüteri, à laudato jam Grysenio Saxonice conscripta. Non quidem me fugit, libellum huncce, ob rusticitatem linguæ, ut sibi falso persuadent, à nostris minoris æstimari, sed cum attentione eum perlecturus dignitatem ipsius atque pretium facile animad-



vertet. In eo enim summo studio non Rostochii solum nostri, sed totius ferme Ducatus hujus ad puritatem Evangelicam reversi historiam videas descriptam licet. Unde, quicumque hodiernum Sliteri enarrare conantur vitam, vel Mecklenburgensium & præcipuè Rostochiensium Ecclesiarum Reformationem describere, se omnia, paucis admodum exceptis, unico huic Grysenii scripto debere, cum veritate diffiteri non poterunt. In profana porro eruditione quædam Saxonice elaborata videre gestis? Primum omnium nominandum offero librum, ut notissimum, ita incomparabilem, cui titulus: *De Keincke Vos*; ein überaus sinnreich Buch/ judice Morhofio (9), worinnen/ unter einer Fabel/ der Lauff der Welt/ und alle Höfische Sitten und Streiche/ so artig abgebildet werden/ daß von keinem alten Poeten solches besser hätte vorgestellt werden können. Es mögen billig alle Nieder-Sachsen dieses Buch/ als eine Frucht eines wohlgeschliffenen Verstandes/ wehrt und in Ehren halten. Denn ob zwar/ in der Vorrede desselben/ gedacht wird/ es sey aus der Französischen Sprache übersetzt/ so ist solches nur von dem Autore vorgegeben/ damit er desto sicherer/ unter diesen Vorwand/ sich verstecken könne. Wer die Niedersächsische Sprache versteht/ und davon urtheilen kan/ siehet wohl aus der Fügung der ganzen Rede/ daß es einheimischer/ und nicht fremder Ankunfft sey. Nec minus laudis libro isti tribuit ille politicarum rerum peritissimus Autor des Froschmäußlers/ (10) scribens: Das ganze politische Hoff-Regiment/ und das Admische Bapstthumb ist unter den Nahmen Keinicken Fuchses überaus weislich und künstlich beschrieben. Dasselbige Buch aber hat ein gelehrter/ scharffsinniger/ Welt-weiser Sachse gemacht/ mit Nahmen Nicolaus Baumann; qui fuit Magni, Ducis Mecklenburgici gl. m. Secretarius, hic Rostochii in Æd. D. Jacobi sepultus. Imo dignus judicatus hicce liber, qui ab Hartm. Schoppero Latinis donatus versibus fuerit, cum tit. *Speculum vite aulice. De admirabili fallacia & astutia vulpecula REINIKES libri IV.* In Svecicam quoque ac Danicam translatum eundem esse, ex Schefo

fero (11) B. Morhofius (12) refert. Et hæc Laurenbergium nostrum permoverunt, qui hocce de eo cecinerit elogium: (13)

Doch möge gy weten und gelbven gewis/  
 Dat mennig staetlik Boeck geschreven is/  
 In unse Nedderdätsche Tungenmahlen/  
 Daruth men kan Verstand und Wysheit halen.  
 In weltliker Wysheit is kein Boeck geschreven/  
 Dem man billet mehr Rohm und Loff kan geven/  
 Als Heincke Vos: ein schlicht Boeck/ darinnen  
 Tho sehnde ys ein Spiegel hoger Sinnen:  
 Vorstendicheit in dem klugen Gedicht/  
 Als ein därebar Schat verborgen licht/  
 Sijck als dat Süß schulet in der Asche/  
 Und güldne Penninge in einer schmerzigen Tasche:  
 Men hefft sich twar thomartert / dat Boeck tho bringen.  
 In hochdätsche Spraek / men ydt wil ganz nich klingen/  
 Dyt klappet jegen dat Original tho reken/  
 Als wen men plecht ein Stück vul holt tho breken;  
 Edder schmit einen olden Pott jegen de Wand/  
 Dat maket dewyl idt juw is unbekand  
 De natürlicke Eigenschop dersulven Rede/  
 Welche de angebahrne Zierlicheit biingt mede:

Et quid? hæc ipsa Laurenbergii carmina Satyrica Saxonice concepta, quam non merentur laudem? Abundè communem illorum apud eruditos testantur approbationem tot diversæ eorundem variis in locis variaque forma repetitæ editiones; testatur aliquorum, licet parum felix conatus, eadem in Misnicam transferendi linguam; imò testatur iudicium Morhofii, Censoris Scriptorum huiusmodi accuratissimi, sic loquentis: Janus Gvilielmus Laurenbergius hat vier Straffgedichte / die er Schertzgedichte nennet / in Niedersächsischer Sprache geschrieben / deren Artligkeit nicht zubeschreiben ist. Ich schätze sie / was den characterem und die Erfindung anlanget / den Alten gleich / und wird der jenige / der die Eigenschafft dieser Sprache verstehet / sie mit grosser Lust und Ergeßigkeit lesen. Einige haben sie in hochteutsche Sprache übersetzen wollen / aber die Zierligkeit derselben ganz verderbet (14) Non credo quonquam dubitaturum, si mo

dò Bibliothecarum hinc indeperreptare liceret angulos; quæque ibi latent, conquirere promulgata in Saxonica lingua monumenta, nos in iis insignem variæ eruditionis deprehensuros esse thesaurum, qui non erubesceret sese iudicio seculi huius aliàs acutissimo submittere. Sed ut ex ungue leonem, ita ex paucis hisce reliqua cognoscere sufficiat. Ut ita planum sit, per raptam esse linguam nostram, per quam & eruditio varii generis propagari queat, eamque immeritò à nobis contemni.

- (1) *Tract. de variis Scripturæ edit. cap. XXV. §. 34. pag. 348.* (2) *Diss. de Versionibus Scripturæ S. ante Lutheri translationem impressis §. 6.* (3) *in Catal. Test. verit. lib. 19 pag. 902..* (4) *Comment. de Stat. Relig. & Reipubl. L. XXI. ad Anno 1619.* (5) *in Vit. Theol. Germ. pag. 244.* (6) *Theatr. Vir. erud. clar. P. I. Sect. III. pag. 160.* (7) *L. L. Theol. Tom. II. pag. 339. edit. in quarto.* (8) *Biblioth. pag. 13.* (9) *im Unterricht pag. 333.* (10) *in Graf. (11) L. de Scripturæ & Scriptor. Gent. Svec. pag. 117.* (12) *l. c. pag. 335.* (13) *in den Scherzgedichten. pag. 95. 96.* (14) *im Unterricht pag. 678 sq.*

#### §. XXIV.

Et hæc potiora sunt injustum linguæ Saxonice neglectum atque contemptum demonstrantia argumenta. Restat nunc adhuc, ut quæ opponi nobis fortè possunt, audiamus, & quantà fieri potest brevitate examinemus. Ubi iterum monendum ducimus, non contra ipsos Misnicos nos agere velle, qui quando linguam suam colunt, tantum abest ut id propter culpari mereantur, ut potius laude mactandi sint. Nostris tantummodo Saxonibus vanam illam de contemnendâ linguâ suâ maternâ persuasionem dissvadere animo sedet, unde eorummet, quibus illud Misnicæ dialecti præ vernaculâ studium suum defendere allaborant, argumenta discutienda sunt. Primò quidem omnium objicere, mihi videntur: inter linguas hæc disconvenientiæ parum reperiri & vel nihil, nisi quod in diversa verborum in diphtongos aut in sibilum flexione consistat; de cæte-

ro vero pene innumera occurrere vocabula, eadem prorsus pronuntiatione scriptiōneque in Saxonico pariter ac in Misnico idiomate gaudentia. Sed si hæc valeret argumentatio, pari quoque ratione concluderem; Parum disconvenientiæ est inter Latinam atque Italicam lingvas, ergo præ Latina ad Italicam æstimandam & excolendam invitamur. Imò si ex nonnullis vocabulis pro lingvarum convenientia argumentari liceret, ex hinc iterum inferrem; In Latina Græcaque lingvâ varia occurrunt vocabula Germanicæ originis, id quod à Praschio (1) ut & Morhoffio (2) ostensum; ctsi magnam partem, ob varias literarum, Ἐυφωvίας causâ, quoad terminationes, flexiones, compositiones, translationesque factas permutationes, pleraque nobis peregrina & ignota sint; Ergo Latina vel Græca præ Germanica est amplectenda. Concedimus quidem quam lubentissimè, non paucas allegari voces posse eundem in Misnicâ & Saxonicâ sonum habentia, concedimus constructionem in utraque esse eandem; attamen si paulò penitius illam earum intuemur harmoniam, & cum illa, quæ elucet, disconvenientiam conferimus, sanè contrarium potius illius, quod probare conantur, omnes mecum facillimè agnoscent. Tot quippe in nostrâ Saxonica occurrunt & voces & phrasæ Misnico audituî adeò peregrinæ, quid? barbaræ, ut ne unicum offendere liceat Misnicum, ( nisi fortè paulum cum nostris versatum, ) qui vel unitam ex iis intelligere valeret. Nec minus eorum per multæ voces formulæque loquendi nobis ignotæ sunt, quas, nisi cum illis versati fuissetus, non intelligeremus. Syllabum dabo nonnullorum talismodi vocabulorum formularumque loquendi discrepantium, prouti, partim ex communi & quotidiana conversatione, partim ex Scriptorum in utrâque lingua lectione annotavi;

*Saxonice.*  
 Aldebar.  
 Alfbreckelich.  
 Alhter.  
 Altreed.

*Misnice.*  
 Storch.  
 Schädlich.  
 Hinten.  
 Schon.

*Saxonice.*  
 Achterfosen.  
 Achte Klappen.  
 Averberrügge.  
 Amdam.

*Misnice.*  
 Afferreden.  
 Räcklings.  
 Sterfels.

Alabar

<i>Saxonice.</i>	<i>Misnicè.</i>
Anharden.	Muth machen.
Anlata.	Waltz.
Arne. ic. Nuff.	Endie.
Erweget/ Sohn.	Aydam.
Anbdden.	Einheizen.
Borte.	Sinz.
Broeck/ f. Bäckse.	Hosen.
Bätken.	Wifgen.
Baven.	Nben.
Barn/ f. bernien.	Brennen.
Befülpet.	Be. ecket.
Bueten.	Drauffen.
Bliß.	Sitru.
Bull.	Stier.
Bung.	Geige.
Beschroymen.	Schwindel bekommen.
Buteffe.	Mufferste.
Apbdden.	Auffbeben.
Beth.	Immer mehr.
Beschwdgen.	In Ohnmacht fallen.
Befaden.	Befamen.
Bademdhm.	Hebamme.
Bdfern.	Schlagen.
Breger.	Gehirn.
Bbicken.	Schreyen.
Blarren.	Laut weinen ic. schreyen.
Belden.	Erwarten.
Borbeiden.	Hoffen.
Kraschen.	Hell schreyen.
Blackhorn.	Tintenfaß.
Black.	Linie.
Ein Droch.	Ein Schalck.
Döns.	Stube.
Dwalen. }	Sich thdricht an-
Dendeln. }	stellen.
Ein Dryfft.	Menge.
Dahl.	Redder.
Duhn.	Truncken.
Düfter.	Flaster.
Drebnketel.	Langsamer.
Dalstegen.	Niedersteigen.

<i>Saxonice.</i>	<i>Misnicè.</i>
Dwalsch.	Thdricht.
Dahlpedden.	Niedertrcten.
Efc.	Dr/ Dder.
Eschen.	Erwehlen/ beruffen.
Esching.	Beruff.
Endigen.	Geschwind/ bald.
Echter.	Nach diesen.
Eisf.	Garstig.
Emken.	Eine Grille.
Eck.	Eyter.
Esterken.	Eythorn.
Fippern.	Hüpfend geben.
Fick. }	
Fudl. }	Tasche.
Fbbke. }	
Flabben.	Rüffen.
Flabbe/ Fät/ Keck.	Wund ober Maul.
Fieren.	Hochhalten.
Gy.	Ihr.
Gder.	Rind.
Geräfl.	Getümmel.
Gat.	Zoch.
Glupfch.	Heimtückisch.
Glint.	Plancken.
Günnerthen.	Dorthin.
Grandich.	Biel.
Grastammer.	Sacrificy.
Hott.	Zur rechten Hand weg.
Heven.	Himmel.
Hild.	Geschäftig.
Hoylen.	Frauen Mantel.
Hucheln.	Lachen.
Heel.	Ganz und gar.
Hastig/ f. Hasllck.	Geschwind.
He.	Er.
Hafen.	Strümpffe.
Hden.	Wücket.
Helhdn.	Hintern Ofen.
Holl.	Höle.
Hüll.	Müg.
Hark.	Rechen.

<i>Saxonice.</i>	<i>Misnicè.</i>
Hüskenschläff.	Allerley gemein Vold
Fuw.	Euch/it. Euer.
Fop.	Wammes.
Fastippen.	Eintuncken.
Füch.	Dün Bley/it. Suppe.
Fuwerle.	Je.
Fuwerlich.	Feglicher.
Knyck int Land.	Eine Warte.
Knüllen.	Stöße geben.
Kähr.	Wapl.
Eick fähren.	Sich speyen.
Klubhacken.	Längen/ springen.
Kolschen.	
Kätern.	Sprechen.
Koddern.	
Köft.	Hochzeit.
Karckher.	Pfarrherr.
Kielen.	Sehen.
Kaeck.	Pranger.
Kyfen.	Schelten.
Knüppels.	Spitzen.
Kakelbunt.	Ganz bunt.
Kiep.	Korb.
Kreyeren.	Röhmen.
Knap.	Raum.
Kläteren.	Rasselen.
Kleyen.	Kragen.
Klicksch.	Wunderlich.
Knöveln.	Plumpe Hände.
Kuhl.	Grube.
Kasbeern.	Kirschen.
Kesen.	Erwehlen.
Kück.	Klein.
Leusken.	Mährlein.
Ledematen.	Gliedmassen.
Lacht.	Späth.
Loden dult.	Ganz toll.
Lpfer.	Gleichvoll.
Läßig.	Träge.
Lecken.	Creuffeln.
Lehmfühlen.	Ehongruben.

<i>Sxonice.</i>	<i>Misnicè.</i>
Ein Lück bäten.	Klein wenig.
Leeg.	Niedrig.
Malkandern.	Unter einander.
Möthen.	Auffhalten im gehen.
Mauen.	Aermel.
Manck.	Zwischen.
Men.	Aber.
Möm.	Mutter.
Meyer.	Schmitter.
Mättho.	Bisweilen.
Melckbütte.	Milchkübel.
Mageschop.	Freundschaft.
Mölen.	Langsam seyn.
N pp.	Genzu.
Nachrahmen.	Nachmachen.
Nötlück.	Wunderlich
Nen.	Kein.
Nüms.	Niemand.
Nüwerle.	Die.
Nevefe.	Verdrießlicher Mensch.
Neltnahm.	Ubler Zunahm.
Overdüveln.	Übertäuben.
Dimodigh.	Betrübt
Pipen.	Rüffen/ herzen.
Pus.	Rus.
Pan. se.	Bauch.
Püntig.	Sturig.
Patten.	Zigen.
Praten.	Neden.
Pahs.	Tasche.
Plump.	Grob.
Plück.	Pflöcke.
Pül.	Holzgerue Kanne.
Pleren.	Enge Augen machē.
Pack.	Gemein hiederlich Vold.
Pedden.	Erezen.
Dvanswys.	Nur doch so.
Dvath.	Böse.
Dvathheit.	Bosheit.
Dvarren.	Kirren.
Rahren.	Schreyen.

<i>Saxonice.</i>	<i>Misnicè.</i>
Reemel.	Regel.
Nede.	Bereits/ schon.
Nögen.	Nühren.
Nedgeld.	Bargeld.
Sonnydts.	Bisweilen.
Süs.	Const.
Schwögniß.	Dhnmacht.
Sohr.	Brunn
Strühn.	Gaule Magd.
Spillen.	Berschütten.
So dennich.	Also.
So dahnè.	Selten.
Schbücks.	Tangenschts.
Süchten.	Seuffzen.
Schemen.	Schatten.
Spökenisse.	Geipenst.
Sade.	Samen.
Süfier.	Schwester.
Schüendeel.	Tenne.
Schuet.	Nase.
Snoppe.	Nog aus der Nasen.
Stueten.	Semmel.
Schnacken.	Sprechen.
Stop.	Beher.
Stucke.	Mutterpferd.
Schwleger.	Dochter. Schnuer.
Snake.	Schlange.
Lhogeven.	Zugesellen.
Ldven.	Warten/ harren.
Trecken.	Ziehen.
Teelen.	Gebahren.
Lhöle.	Hündin.
Lhät.	Altes Mutterpferd.
In een Treck.	Auff einmal
Lhon Feltup gaen.	
Dat past sich juft.	
Never Köppeln.	
Froden lehren.	
He ðs vergrellt.	

<i>Saxonice.</i>	<i>Misnicè.</i>
Lündeln.	Langsam seyn.
Zelgen.	Zweige.
Lhopedden.	Zutreten.
Lyn trent/Lumtrent.	Dhngesehr.
Berqofnen.	Nach und nach vergehen.
Berfohren.	Nach un nach austrucken.
Berhonacken.	Beschlupffen.
Lphachten.	Fest worauff sitzen.
Sich vordehren.	Sich entsetzen.
Ustökern.	Hervor suchen.
Ummeschicht.	Eins ums ander.
Berschwaden.	Berachten.
Lpbören.	Auffheben.
Vafen.	Dfft.
Vorlesen.	Berliehren.
Ustunds.	Alsobald.
Utschluppen.	Heimlich weggehen.
Berplumpfern.	Bermlischen.
Umnasch.	Garstig.
Berwiten.	Auffrücken.
Berbundaten.	Liderlich vernichten.
Bentken.	Knabe/ oder Kind.
Buldohn.	Bolsführen.
Ydlich.	Jeglich.
Warff.	Gewerb.
Besen.	Seyn.
Bente.	Denn.
Werden.	Ausgäten.
Sich wrefen.	Sich rächen.
Witliche Noth.	Grosse Noth.
Welig.	Lustig/ vel stark.
Wanschapen.	Ungeschickt.
Woll.	Wer.
Wölp.	Junger Hund/it. Junger Wolff.
Zum Schmause gehen.	
Das ist eben gerecht.	
Über und über s. über Hals und Kopf werffen.	
Ringheit lernen.	
Er ist ganz ergrimmet.	

De Himmel ist reien beschwuldt.

Ein drullig Dwant  
 Ich wil ydt daetlik doen.  
 Up de sticken Städte.  
 Van baven dahl.  
 He hefft my noch brüedt.  
 Dat schmeckt brösig.  
 Dat ys ein Dneckt Kerl.  
 Du bist lydent balsüsig.  
 De Kerel siht balsüsig uth.  
 Schla dich und thodegen.  
 Ein däsig Wynnsek.

Dat künit vdr dwas,  
 Dat ys ein ganz Droyft Volk.  
 Dat dröit nha.  
 Dat regent drell.  
 Dat sünd ohle Klapan.  
 My gruest darvdr.  
 Ich wil dy Hartageln.  
 Ich wil dy in de Flabbe Rylen.  
 Herümmer gapen.  
 Ehor Luchtern.  
 Als he kwam  
 Dat rahmt sich goet.  
 He ys altho rieß.  
 Dat ys de Schtek so.  
 Im Schummern.  
 Dat spyt my.

Schwögen.  
 Van unner up schulen.  
 Dat Perd steket sich.  
 Eine schlätche Frau.  
 Ich bin dar nich schläcksch up.  
 Ich bin verbüßert.  
 Ungezwagen Hände.  
 Bos wesen.  
 Im Wym uphengen.

Der Himmel ist ganz mit Wolcken über  
 zogen.

Ein postlicher Mensch.  
 Ich wil alsbald thuen.  
 Gleich also fort.  
 Von oben herab.  
 Er hat mich genug herumb genommen.  
 Das schmeckt herb und unangenehm.  
 Der Kerl hat einen braven Bauch.  
 Du bist ja sehr zornig.  
 Der Kerl siehet verwegen aus.  
 Schlag brass zu.  
 Ein Mensch der sich nicht wohl zu finden  
 weiß.

Das komt in die queer  
 Das ist eine grosse Menge Volks.  
 Es gibt einen Nachschall.  
 Es regnet recht scharff.  
 Das ist altes Zeug/alt Geschirr.  
 Ich hab einen Eckel davor.  
 Ich will dich bey den Hornen herum sehen  
 Ich will dich ins Maul schlagen.  
 Allenthalben herum sehen.  
 Zur linken Hand.  
 Als er kam.  
 Das fuegt sich gut.  
 Er ist gar zu verschwendisch.  
 Es ist die Weys: also.  
 In der Demmerung.  
 Das verdreust mich.  
 Gesehrlich thuen.  
 Viel Wesen von einem Dinge machen.  
 Von unten auff sehen.  
 Das Pferd lehnt sich in die Höhe.  
 Eine arbeitfame Frau.  
 Ich bin nicht begierig darnach.  
 Ich bin verirret.  
 Ungewaschne Hände.  
 Trozig seyn  
 Im Schorstein auffhengen.



## Saxonicè.

Tho Hues wesen.

Du dammest jümmer.

Dammeltasch.

Recht baven im Poll.

Dat is man recht Bruck.

Vide & judica, quantum absit, ut omnimoda per omnia Saxoniam inter & Misnicam asseri queat convenientia, ut potius multum easdem inter se differre lingvas confiteri habeamus, idque cum primis si plura congerere liceret. Et hoc ipsum est, cur inter nos, propter simpliciores, conciones Saxonicas haberi, ac in vernaculâ nostrâ preces fundi debere, superius assertum ivimus.

(1) In *Dissert. de origine Germanica Latina Lingvæ Ratisb. Anno .680. ed.*

(2) im *Unterricht pag. 25. sq.*

## Misnicè.

Dohelm seyn.

Du thust niemahls was mit Ernst.

Du hast immer Poffen

Ein Mensch da keine Ernstthafftigkeit bey Ist.

Recht oben im Gipsfel.

Das ist nicht zu sehn: Vollkõmeheltigediehen

## §. XXV.

Sed majora longè longèque acerbiora nostræ audias objici lingvæ, & vel ab iis, qui doctiores inter nos & politiores videri cupiunt. Fallor? an hisce animi sui sensa, rogati, explicarent verbis: Quis istius amplius lingvæ aliqualem haberet curam, cum rusticitatem suam ubique satis prodat, nullis planè verborum ornamentis, nulla sermonis svavitate sese commendans, adeò ut pudori nobis ducamus eam in communi consvetudine adhibere, imò summo capiamur tædio eandem audientes. A rusticis quippe amatur, à rusticis excolitur; quis non se rusticorum classi adscriptum iri metueret, si eodem cum rusticis idiomate uti deprehenderetur? Adeo aspera, amara, barbara, inculta, verbo: nil nisi rustica est. Sed, qui talem vernaculæ tuæ crepas rusticitatem, dic mihi, quæso:

*Majorum primus, quisquis fuit ille tuorum,*

an rusticos inter, an inter nobiles referri eum velis, ex eo, quod Saxonicâ nostrâ (id quod mihi dabis) locutus? Si inter rusticos? ergò & tu quoque, qui à rusticis & à rusticitate adeò abhorres, ipse rusticus eris, rusticorum progenies; si vero Nobilis? quid ergò tuo honori indignum judicas sermonem, quem Majores tui sua dignitatè maximè dignum judicarunt. Imò quid videtur? an te tam ci-

tò ex rustico in Nobilem, per Ovidianam fortassis metamorphosin, transfusum somnias, ex quo Misnicum adamare cœpisti sermonem? cùm in teneris tamen annis ipse Saxoniam nostram usurpare haud dubie non dubitaveris. Quod si tantam in lingvâ tuâ vernaculâ animadvertis rusticitatem, ut justam habere ejus contemnendæ ac fugiendæ causam tibi ipsi videaris, mirum videtur, cur non & ipsum cibum & potum quotidianum, utpotè cum rusticis tibi communem, quid? ipsum, sub quo vivis, cœlum, tanquam rusticum habitum, cum Misnico cibo ac potu, Misnicoq; permutas aëre? Ponomam, nunquam autem concedam, nonnihil Saxonice nostræ inesse rusticitatis & inamœnitatis; annon tantum patriæ tuæ debes, ut maculas ejusdem, si quasdam fortè habet, quo poteris cunque modo tegas palliasque, quo vernaculam tuam à quacunque dica quacunque ratione liberes, aut ad minimum non ipse eandem traducas? Palmerius ille de Gretemesnil, citatus Morhofio, (1) non sprevit proprias cujusque provincie linguas, rudes licet & inamœnas; quanto majori tibi est dedecori, quod propriam tuam etsi vel maximè rusticam & inamœnam, spernis, quod eandem calumniis impetis, ac aliis invisam reddere gloriæ tibi ducis? Certè, qui rusticorum caveas effugere contendis, caveas tibi svadeo, ne, ex Scylla in Charybdi prolapsus, in rusticorum, sicubi tuam erga illorum vernaculam cognoscent amarulentiam, incidens manus nimis sero dicacitatem tuam luere cogaris. Sed, joci remotis, dic, Sodes! quare inamœna, quare rustica tibi videtur Saxonica illa tibi vernacula? Nihil aliud divinare rationis possum, quam quod rustici nostri eandem loquuntur. Verum enim vero quam planè insulsa hæc sit consequentia tua, paucis in aures tibi dictum habeto. Misnicâ lingvâ utuntur rustici Misnici, Gallicam loquuntur rustici Galli, Italicam usurpant rustici Itali: an ideo his linguis rusticitatem tribuere ausis? Agnosco quidem aliquid observari in qualibet lingvâ differentiæ, quando politiores, & quando rudiores eam loquuntur; non tamen id satis causæ est, cur universam alicujus Gentis lingvam dicere rusticam queamus. Unde apparet, injuriosum oppido in patriam suam ingratumque civem esse, quisquis è Saxonibus nostris vernaculæ nostræ sine restrictione, & ei etiam, quæ in

eruditorum virorum scriptis deprehenditur, rufficitatem adscribere non veretur. Sed per me licet, suo quisque ingenio abundet! Ego sanè, quando eandem proferri audio, tantam mihi videor in eadem observare sermonis elegantiam, tantam verborum suavitatem & amœnitatem, ut vel ipsos Misnicos eandem nitore suo superare mihi persvaderem. Neque, si vel centoculus essem Argus, perspicere me posse affirmo, quâ maximè in re excellens adeò Misnicæ Dialecti præ nostra elegantia consistat? cum nihil in illa tantâ videatur elegantiam enunciari, quod non hæc nostra pari suavitate proferat. Audi hac de re Laurenbergium Misnicos, non quidem omnes, sed injustos solum Saxonica lingvæ irrisores, ita alloquentem: (2)

Wat heft men hier vör Argument und Gründe/  
 Darmit jemand van juw richtig bewiesen künde/  
 Dee Meening / dat van Hochdüdscher Spracke mehr  
 Als unser Medder, Düschen tho holen wehr?  
 Gy meenen ock dat juwe Sprack schall zierlick syn/  
 Und holdn so veel darvan / als van den Strundt ein Schwyn.  
 Wat köne gy vör Wörde edder Nahmen herrefen/  
 Die wy nich zierlick als gy könen uthsprechen?  
 Is nich unse Wöme so goet als eure Mutter?  
 Wynn Foder schmeckt dem Beh so woll als euer Futter.  
 Ihr drinket aus dem Becher / wy trinken uth dem Stope/  
 Eur Magd ein Leibchen hat / unse Deren drecht eine Jope/  
 De Platteisen by juw schmecken als unse Schullen/  
 Juwe Stier hebben Hörner als unse Bullen.  
 Ihr schindet euer Nas / de Mackers unse vllen/  
 Ihr siget auff etc. wy sitten up etc.  
 Wol eigentlicker hefft geredet van uns beyden/  
 Darin werd de Pawest uns nich könen scheiden/  
 Und welcker Sprack mehr Zier is tho thoschryven/  
 Darüm heb ick sehn twe Bueren stek dapper kyven/  
 De eene seeb / ey mein / was sprichstu lieber Sim?  
 Du machst das Maul so kruess / das ich dich nicht vernimm/  
 Ich kan dich nicht verstahn / du schnatterst wie ein Gans.  
 De ander antworde em: Brüd dyne Wöme / Hans.  
 Hestu de Keel vul Dreck? Du Hund / spreck uth de Schnuel/  
 Hiermit grepen se einander dichte up de Huet.  
 Woll nu van düssen tween heb Deverhand gekregen/  
 Datsülve tho seggen lat ick wol underwegen.

Ich fruchte dat bysse Strödt nich ehr werd bygelecht/

Det dat de Tarter Cham sin Ordeel darvan secht.

Cum itaque adhuc sub iudice lis sit, cuiam lingvæ major elegantia gloria sit tribuenda; vernaculam suam usurpare, quam excollendo exteram in pudendum ἀλλοτριοματίας incurrere vitium, magis sanè consultum videtur.

(1) im Unterrichts p. 278. sq. (2) in denen Scherzgedichten p. 94. 97. 98.

S. XXVI.

Qui non, inquis, rustica, quæ non inamœna & inculta est lingua nostra Saxonica, cum deliciores aures adeò non afficiat, ut horridè potius sonare & svadâ suâ easdem offendere, quàm delectare; Misnica contra meras svavitates, meras amœnitates spirare videatur? Sed liceat hîc occinere illud Poëtæ:

*Quisquis amat ranam, ranam putat esse Dianam:*

*Quisquis amat cervam, cervam putat esse Minervam.*

Posteaquam enim semel Misnica præ vernacula in pretio haberi à nobis æstimarique cœpit, ipsa deformitas in eadem pulchra, ipse horridus sonus jucundus æstimatur, cum è contrario quæ vernaculæ insunt virtutes & amœnitates, omnes in vitia sermonumque carcinomata converti audias. Quid vero hoc aliud est, quàm occasionem linguam nostram criminandi vel ex aura captare, ubi, si quidquam in eadem minus fœmineum occurrit aut meticulosum, statim tanquam horridum & inamœnum interpretamur? Hæc enim vera calumniandi causa est, &, si in vernacula nostra ita, ut in Misnica, regnaret sibilus, Misnica vero gravitate, quam Saxonica fecumfert, conspicua esset, è vestigio hunc in nostrâ sibilum improbatum, alterum vero sermonem ut virilem elatum iri, firmiter credo. Magis ingenuè de hoc veritatique magis congruè iudicat, ipse licet superioris Germaniæ Indigena, Chytraus, dum (1), *quoniam etiam*, ait, *grave illud & masculinum, quod in virili huius lingvæ pronuntiatione animadvertimus, tale est, ut propter id lingvæ hæc nequaquam debeat contemni aut repudiari, præsertim cum id ipsum multis aliis quoque lingvis, satis præ nostra excultis, insit.* Verum excipientem iterum te audio: adeò tamen crassam esse linguam nostram, ut flecti se minimè patiatur. Inde esse, quod ad poëticam artem parum apta sit, & per-

pau-

pauca in eâ contexta ostendere carmina possimus. Sed, bona verba, quæso! Si modo patriæ tuæ lingvæ sufficiens tibi est notitia, nec donum versus pangendi haud tibi denegavit Natura, fac, tentes quam flexilis, quam ad significandas res aptissima sit lingua nostra. Innumera penè adducere carmina possemus, ob elegantiam suam maximè sese commendantia. Sed chartæ parcendum ducō, unde nec, quod supra de Laurenbergianis adductum est iudicium, repetemus. Ne tamen triumphum canas ante victoriam, reputans, in Satyricis tantum fieri illud posse; quo magis ianus ille tuus lingvæ vernaculæ contemptus reprimatur, ex cantico quodam sacro aliquot adscribere versus placet. In vetustiori enim aliquo Libro Cantionali Ecclesiastico Latino-Saxonico Psalmum XXXVI. in versus redactum deprehendi, ex quibus habeas:

v. 1. Wowol gaer veel der Bÿsen sind/  
de Unrecht mit dy varen: So thÿn doch/  
nich/ D leve Kludt/ Godt wert dy wol be/  
wâhren. Wes nich verdraten / men holdt  
sill / so dy de Bÿse ðvel wil / Godt wert dy  
Troft verschaffen.

v. 2. Se werden affgesneben recht / snell  
wart er Unfall kamen / ghyt wo man Gras  
tho meylen plecht / de Godtlosen thosamen/  
staen als dat Krudt waft hoch und breidt/  
driven Gewalt ane all Bescheidt / bald wer/  
den se vormeleken.

v. 3. Sette dynen Hÿpen gaer in Godt/  
he wert dyne Sake uthÿdren; Do stedes  
gudt / holdt syn Gebodt / neen Unfall mach  
dy rÿdren. Blyff wanen / handl indynem  
Land / arbeit dat Gude na dynem Stand/  
und nere dy im Geloven.

v. 4. So dy Godt Wedderstall uplecht/  
schÿt yo na synem Willen: Wat he dy delt  
is gudt und recht / he kan dyne Noth wol  
stillen. Hebbe dyne Lust an Godt allein/  
so wert he dy geven mit ein / all dynes Her/  
ten Wÿnsche.

v. 10. De Godtlosen werden ðmmekaz/  
men / und alle Wiende des Hÿren/wowol  
se sind van groten Namen / ryck und in gro/  
ten Ehren/ja ðck als ein Kÿstliche Dw/hebben  
genoch mit groter Row/ werden ghyt dem  
Noke verschwinden.

v. 27. Do gudt und lath dat Bÿse nha/  
lath dy neen Dinef bewegen: Set dyn Hert  
vast / up Gade sta / so dy Spott wert beje/  
gen / lath Godt dyn Troft und Sorge syn/  
blyff jÿmmerdar im stade dyn / lath alle  
Sorge varen.

v. 39. Dat Heil der Rechten is allein/  
van Godt dem ewign Hÿren: Dem se  
vortruwen allgemeln / tho synem Loff und  
Ehren. He ys ere Stercke ðverall. dat se  
nich rÿdret Ungefalt / so syet Noth ys erhe/  
ven.

v. 40. De Hÿre wert en vast bystaen/  
erredden / fry erlÿsen: Erredden unde la/  
then gaen / van dem Godtlosen Bÿsen. Dÿ  
Hÿlpe doen in aller Noth / entfryen vor/  
dem ewigen Dode / wenthe se fast up ehn/  
truwen.

Hæcce pauca speciminis Poëseos Saxonica loco sufficere reor. Ju-  
dices exiis ipse velim, quam pia omnia, & ædificationi quam ma-  
ximè

73  
ximè infervientia. Quid igitur adhuc superest tibi, cur Saxonica  
tua te pudeat lingvæ? Quamnam contemptus ejus causam afferre  
adhuc poteris?

(1) *in pref. toties cit.*

S. XXVII.

Quid verò? ais, egone solus Saxonice loquar cum audiam  
politiores inter nos in solemnioribus conventibus Misnicâ uti? Cer-  
tè Saulum inter Prophetas, aut noctuam inter aves repræsentatum  
iri mihi imaginor, omnium quippe risui atque joco expositus. Si  
alias, hac quidem in re Separatissimus nullam lucrabitur gratiam,  
cum quæ politiores agunt, nobis normæ instar sequenda sint. Ita  
scilicet mortalium comparata ingenia sunt, ut parum laudabili Pri-  
morum incitati æmulatione, non illorum adeo virtutes, quàm vi-  
tia imitari allaborent. Adeo quicquid illis placet, omnibus pla-  
ceat oportet; quicquid verò displicet, omnium subjectum odio  
deprehenditur. Non asseram, inferioris apud nos conditionis ho-  
mines hac in re Machiavellum sequi, utpote quem illustriores quo-  
que imitantem ipsum ferunt cælum sprevisse, ajendo: *Malo cum il-  
lustribus in infernum descendere, quàm cum infimis in cælo degere*; (1) il-  
lud tamen affirmare audeo, illos in rebus honori & sui ipsius & pa-  
triæ suæ maximo futuris detrimento Primores imitari. Nam ex eo  
o unice vernaculam suam contemnere plerique satagunt, quoniam  
am honoratiores inter nos eandem alto supercilio despiciere cer-  
nunt. O! quàm præstaret depravatos hosce, licet magnorum ali-  
as virorum, mores relinquere, neque committere, ut æque ac illi  
inter iniquos patriæ referantur contemptores. Sed adhuc objicitur  
mihi, Misnicam adeo hisce in terris invaluisse lingvam, ut & in  
Templis & Curiis regnet. Quicquid Verbi divini Minister, sive co-  
ram altari, sive Baptisterio, sive in cathedra Ecclesiastica, loqua-  
tur; quicquid in Aulis Principum, in Senatûs confessu & aliis ad  
Politicos spectantibus tractatur functionibus, solâ audias Misni-  
câ absolvi, ne verbulo quidem è Saxonica adhibito. Vera quidem  
hæc omnia esse, contra ipsam negari nequit experientiam. Si ta-  
men, quod res est, dicendum, ecquis negabit, in Republ. tam  
Ecclesiastica quàm Politica multos semper irrepsisse abusus & ad-  
huc irreperere. Neque si hoc Misnicæ lingvæ nostris in terris studi-

um inter abusus referrem, cuiquam, credo, visas supra mutationis causas pensitanti valde errasse, judicabor. Jam verò abusus pro se militantes adducens, idem videtur agere, quod hosti telum, quo confodiendus ipse, ipse tradens. An & illud dignitati maternæ nostræ lingvæ, in se consideratæ, quod non adeo frequentioris est usus, deroget? memet dijudicare non valere fateor. Voluit, potius ex eo majorem ipsi conciliari gloriam toties jamjam citatus Laurenbergius, (3) ita jocus:

Dat de Neddersachsche Sprache nich is so gemeen.  
 W's de Hochdüdsche / welches man kan sehn/  
 Wil gar weinig Böcker darin sind geschreven/  
 Und wenig gebreuket werd dabeneven/  
 Van den Gelehrden / tho Have / und in den Karcken/  
 Davan kan man ere Weinsheit marcken.  
 Denn wat gemeen is an allen Derden/  
 Dat is nich in sulken Prys und hogen weerden/  
 W's wat man nich hebben kan alle faert/  
 Ein jeder sine Hochtydtlike Rieder spaert.  
 De Saxon willen ere Sprache so nich verhundaten/  
 Dat se de willen allenthalven herfamen laten.  
 Veel gemeener sind Buren als Eddellude/  
 Gress Lafen werd mehr getragen als Sammet un Eide.  
 Emmel is nich so gemeen als Roggen-Brod/  
 Mehr ward gebreukt dat Böse als dat goet/  
 Wenn unse Sprache so gemeen were als juwe/  
 Ick wolde dar nich vdr upstahn / by myner Leuwe.

Deinde & idpropter, quod publicis in locis *Misniam* adhibemus dialectum, *Misnenses* nostram laudare liberalitatem obstrictos esse, dicit, dum illis, quæ apud nos peraguntur, rerum non invidemus intellectum, ut potius, quò eo melius illarum habere queant scientiam, eorundem utamur lingvâ, cum ipsis difficile admodum sit ad accuratam Saxonice dialecti notitiam perveniendi iter. Hinc scribere non dubitavit: (3)

By juw under hundred men kuem einen künde/  
 De unse Spraeck verstaht / veel weniger reden künde:  
 2 armt möte gy unse Geschicklicheit vömen/  
 Und juw sülost der Durmheit verddhmer:  
 Juwe Verstand ys tho stump; gy wusten en erst schlypen/  
 Dat he wat scharper würd / sunst kond gyt nich begalpen.

Derwegen wy yuw ock de Curtoſie ertögen/  
 Und unſe Höſſlichkeit nha yuwer Groſſheit bögen :  
 Wenn in den Kercken wert gepredigt Gades Wort/  
 Edder man ſinſt Rede holtam öffenlticken Ort/  
 Darmit gy/ wat dar wert gehandelt/ können weten/  
 Und ſtabt nicht als ein Waß : : : :  
 So ſind wy yegen yuw ſo barmhertig und fram/  
 Und reden dat ydt yuw tho den Verſtande laem.  
 Men darüm ſchöle gy yuw in den Sinn nch nehmen/  
 Als wenn wy wolden unſe Sprache beſchemen.

Potiora hæc videntur eſſe argumenta , quæ nobis à Saxonibus dia-  
 lecti Saxonica contemtoribus obijci poſſunt, nam de aliis, ſolâ  
 etiam recenſione ſe ipſa refutantibus, nil quicquam commemora-  
 bo. Omnia vero ita comparata ſunt, quæ tantum abeſt, ut menti  
 noſtræ ſiniſtrum de vernacula noſtra ingenerare valeant conce-  
 ptum, ut lubrico ſuo fundamento potius cauſæ quoque infirmita-  
 tem abundè proderè videantur.

(1) DN.D. Fechtius l.c. cap. XLV. S. 2. (2) loc. cit. pag. 95. (3) l.c. pag. 97.  
 §. XXVIII.


Nunc tandem vero Vos compellare liceat, o Clariffimi Sa-  
 xones, & quotquot Saxoniam dialectum cum ipſo quaſi lacte hau-  
 ſiſtis materno ! Percepiftis hucusque lingvæ noſtræ, ſi non in pe-  
 jus, certè non in melius mutata cauſas ; intellexiſtis momenta no-  
 bis vernaculam noſtram præ Miſnica quàm maximè commendan-  
 tia ; ſenſiſtis denique, quàm facilè objectionum veſtrarum fabu-  
 lum veritatis diſſipetur ventis. Altius, quæſo, hæc vobiscum ru-  
 minemini, cogitando rei iniquitatem, dum, ſolo novaturientis ani-  
 mi vitio inducti, lingvam, nulli alij vel in minimis cedentem, ne-  
 gligitis, & quod plus eſt, contemnitis, odio ejus immani ac inve-  
 terato capti. Penſitetis ingens, quod nobis eo ipſo ludibrium,  
 exteris vero creamus gaudium, qui *à Mære quæſiæ* noſtram verè  
 inſanam tacitè ridentes, in erronea ſua perſuaſione magis magisq;  
 confirmanur, Miſnicam ſuam ſolam ſapere, noſtram volutare,  
 velut umbra volutat. Imò conſideretis magnum illud, quod no-  
 mini noſtro ex hocce ſermonis patrii contemptu inurimus dedecus,  
 quo exteris maximam nos traducendi ſuppeditamus anſam : nos  
 patriæ noſtræ ignorare bona, non dignos noſtrâ eſſe terrâ, ipſam  
 noſtram




nostram nos linguam despiciere, quæ tamen, si rectè excoleretur, cum aliis de palma certare posset. Neq; talia tantum cogitasse sufficiet, sed & de medio inveterato huic malo quærendo consilium erit capiendum. Omnino necessarium videtur, ut vernacula nostra pristino inter nos nitore in templis æq; ac in curiis restituatur. Quod quamdiu non fit, simpliciores minimum de salute sua, ex Misnicæ, in qua Sacra peraguntur ceteraq; omnia proponi publicè solent, linguæ ignorantia, periclitaturos esse, ex dictis colligi facile erit. **Agedum!** unitis in id incumbamus viribus, rudes & eruditi, summi & infimi, ut linguæ nostræ antiqua ejus gloria & dignitas reconcilietur, ne diutius velut exul & errabunda inter nos versetur. Neq; committamus, ut Misnica, quam in hospitium quasi tantum recepimus, nostram velut hospitem sede sua ejiciat, adeoq; in nos illa de erinaceo & viperâ fabula quadret veraq; fiat historia. Satis jam virium apud nos obtinuit quidem Misnica lingua, ut de futuro ejus in terris hisce defectu non pauci planè desperent; attamen contranitendum maximo conatu, summisq; reluctandum viribus est. Saxonica Saxonum occupet thronum, injusto illum titulo possidente dejectâ, conveniens est. Firmiter persuasum mihi habeo, si, ejus vindicandæ ac commendandæ negotium Vir quidam & famâ & eruditione majori conspicuus in se susciperet, feliciora longè longèque lætiora nos linguæ nostræ fata brevi experturos esse. Interim ego, quod superest, qui linguam patriam hucusque adeò despiciatui à civibus suis habitam contra concives defendere conatus fui, & id ipsum linguâ minus erudita & accuratâ præstiti, nihil addo, nisi antiquum illud:

**FAVETE LINGVIS!**







10440



© SUB GÖTTINGEN / GDZ | 2011

